





Digitalizacja 2009

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury
i Dziedzictwa Narodowego

**Ministerstwo
Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego.**







JANOCIANA,
sive
CLARORUM ATQUE ILLUSTRIORUM
POLONIAE AUCTORUM
MAECENATUMQUE

MEMORIAE MISCELLAE.

*Biblioteki Czoty Woiwo-
dzkiej i Piarów w Racom*

VOLUMEN III.

1821.

nunc primum e Codicibus, Biblioth. Publ. Vars.
edidit

SAMUEL THEOPHILUS LINDE,

Phil. Dr., Cult. Div. et Instit. Publ. Magistratui Supr.
a Consiliis; Societ. edend. libror. schol. Praeses;
Biblioth. Publ. Director Generalis; Societ. lit. Vars.
Prag. Götting. Vilm. Regiomont. Berolin. Cracov.
Paris. Caesar. Petropol. Russicae, ibidemque Philo-
maticae, nec non Casanen. Sodalis; in Comitibus Regni
Legatus Varsavien.; Ordinis Sti Stan. Eques clas. II;
Lycei Vars. Rector.

V A R S A V I A E.

Typis Collegii Scholarum Piarum.

A. R. S. MDCCCXIX.

TV

Alc. 203/46

JANUARIA

POLONIAE AUCTORIUM

LIBRARIUM

LIBRARIUM

LIBRARIUM

LIBRARIUM



S-37
MS

S-37

JANUARIA

LIBRARIUM

LIBRARIUM

LECTORI

EDITOR

S.

Accidit casu, ei simili, qui ante hos tres annos in manus meas Russicum exemplar STATUTI LITHUANICI adtulit, occasionemque mihi dedit conscribendi libelli de Russica Legis Lithuaniae editione autographa, cum versione Polonica ejusque variis repetitionibus comparata; simili casu et fortuna, cum olim tum nunc propitiâ, dulce id otium paratum mihi est, ut TERTIUM VOLUMEN JANOCIANORUM, inde a triginta annis absconditum, ederem. Quidam nempe Amicorum meorum, nomen suum divulgari non passus, Vir admodum Spectabilis et Venerandus, de Patriâ bello et pace optime meritus, nunc vero a nobis segregatus, non animo quidem, licet alienae potestati in finibus antiquae Poloniae subiectus ma-

neat, ex aperta Varsaviae bibliotheca publica mira laetitia affectus, dono mihi in usum publicum volumen manuscriptum misit. Evolvi, inspexi et ecce! inveni Volumen Tertium JANOCIANORUM, bis manu exaratum: alterum nempe exemplar in plurimis locis alia manu a mendis scribe purgatum, alterum quam purissime, castigatissime, nitidissimeque scriptum, ab omnibus mendis fere liberum, prelo paratum. Hinc confestim cupiditas meam mentem incessit, edendi quam citissime in lucem opus, quod per tot annos in tenebris latuit. Quemvis enim rerum Polonarum haud omnino ignarum, scire puto, *Joannem Danielem JANOCIUM* (origine *Jenisch*), *Zaluscorum* fratrum Illustrium, dein Regis et Reipublicae Polonae librorum apparatus celeberrimi protobibliothecarium, de cognoscendis scriptis Polonorum optime meritum esse. Nam non solum vir egregius de ordinando et conservando magno hoc penu literario anxius inventus est; sed etiam in compluribus libris a se editis idiomate vel Germanico vel Latino, de scriptis, auctoribus, Maecenatibusque Polonis, innumerabilia documenta sui erga nos amoris exhibuit. In his, nisi primum, saltem non ultimum locum tenet liber ejus, qui inscribitur *Janociana*, exhibens ordine alphabetico Polonos literis et scriptis claros, Memoriae uniuscujusque biographicae jungens enumerationem librorum tam impressorum, quam in scriptis relictorum. Edidit vero *duo* solummodo volumina, quorum prius Memoriae scriptorum CXV, posterius CLXII continet. Dolet Suavissimus Amicus meus celeberrimus *Bentkovius* in eruditissimo opere Historiae literarum Polonarum, Vol.

I, p. 49, improsporam valetudinem prohibuisse *Janocium* a prosequendis ulterioribus hujusce libri voluminibus; immo iam secundum non ab ipso auctore, sed ab ejus Amanuensi *Michaelē Antonio Straehlio* anno 1779 editum fuisse, cum *Janocius* circa annum 1778 (ut autumat *Bentkovius*) visu orbaretur. Hausit hanc notitiam Spectabilis Amicus e notatione sub finem indicis Voluminis II *Janocianorum* impressa, ubi haec leguntur: „Memorias illas, „quibus signum † est appositum: dictante ipso „*Janocio* Protobibliothecario, videndi facultate jam destituto, morbisque variis ac diutinis graviter affecto, ejus Amanuensis *Michael Antonius Straehlius*, excepit. Reliquas omnes „e *Janocii* schedis autographis, idem amanuensis descripsit.”

Quatuor jam annis antea sub finem Voluminis Primi, in se *Janocius*, percussus iactura Maecenatis, de infirmitate animi et corporis sui conquestus est, his verbis: „*Viri Poloni!* Scriptitanti mihi „mors mei Praesidis ac Maecenatis *Zaluscii*, „*Maximi*, Episcopi *Kijoviensis*, calamum de „manu excussit. Desiderio ejus: quocumque nos *XXIX* vixi conjunctissime, vehementer „afflictus, aegritudineque et animi et corporis „jam confectus: fato eodem, ipsum eram insecuturus. Ast Principis Parentisque publici, „*STANISLAI AUGUSTI*, Poloniae Regum „omnium Doctissimi ac Sapientissimi: inque „homines literatos et celebrandae veteris Polonorum gloriae studiosos, mirum in modum

„ benigni, providentia clementiaque, atque ma-
 „ gnanimitas in vita me retinuit. Opusque di-
 „ vinum et perpetuitate dignum, id est, Biblio-
 „ thecam, communi civium usui ac commodo,
 „ ab Antistite relictam, *Patriae Pater*, tem-
 „ poribus his calamitosissimis, cura ac libera-
 „ litate regia complexus est. Cui amplificandae
 „ exornandaeque, atque perficiendae, Magni Li-
 „ tuaniae Ducatus Magnum Notarium *Ignatium*
 „ *Comitem Potocium*, Heroa natalibus maxi-
 „ me illustrem, aevique et ingenii flore, do-
 „ ctrinarum quoque atque virtutum ornamentis,
 „ *Regiae Suae Majestati*, Civibusque optimis
 „ omnibus amabilem, praeposuit. Quo prae-
 „ side ac duce, de Patria bene mereri, ingenio-
 „ rumque nostrorum facinora, memoriae po-
 „ sterorum sempiternae commendare, pergam;
 „ quantum ingenioli atque corpusculi vires, an-
 „ norum XXIX. obsequiis publicis, molestiis-
 „ que domesticis haud exiguis, attritae vale-
 „ bunt. Varsaviae, e Bibliotheca Patriae, Kalen-
 „ dis Juliis anni a Christo nato MDCLXXIV.
 „ Joannes Daniel Andreas *Janocius*, Biblio-
 „ thecae hujusce Praefectus tricenarius etc.”
 (Janociana I. p. 307 - 8).

His adjungam, quae in fine editi a me libri,
 nempe Voluminis III. *Janocianorum* animadvertere
 potes: „ Harum memoriarum auctor *Joannes*
 „ *Daniel Andreas Janozki* Polonus indigena;
 „ Kijoviensis Ecclesiae Cathedralis et Scarbimi-
 „ riensis Collegiatae Canonicus, Babimostensis-

„que Praepositus antiquus: olim *Zalusciorum*
 „fratrum Illustrum, nunc Augustissimae Maje-
 „statis Regiae et Reipublicae Polonae Proto-
 „bibliothecarius, officii publici annum agit
 „XXXVIII, caecitatis VII, aetatis autem LXII.
 „Amanuensis ejus atque amicus fidissimus Mi-
 „chael Antonius *Straehle* Varmiensis, officii
 „sui annum XXVIII, aetatisque LVI inchoa-
 „vit: mense Septembri, anni a reparata hu-
 „mana salute MDCCLXXXII.”

E quibus elucet, infelicem *Janocium* statim primo anno post luctum ex jactura tanti Maecenatis, i. e. 1775. oculis captum fuisse: ergo antequam primam *Volumen Janocianorum* per bibliopolam Varsaviensem *Gröllium* 1776 divulgatum erat; elucet porro: *Janocium*, quamquam inde a septem annis jam caecitate affectum, autorem fuisse Voluminis *tertii*, quemadmodum fuit *primi* et *secundi*. Sed cum in conscribendo tertio volumine *Straehlius* nequaquam signo apposito, (ut in volumine secundo fecit), ea, quae dictante *Janocio* descripsit, ab iis, quae ex praecedentibus caecitatem *Janocii* schedis hausit, secreverit, neque nos de his discernendis quidquid accurati statuere possumus. Plurimum vero hic facere videtur notatio in fine Memoriae Stanislai *Gorscii*, admodum sollicite elaboratae, ubi in codice nostro legimus: „Haec de Stanislao *Gorscio* Canonico: deque Operibus, ab ipso ingenti studio, et labore et impendio collectis: *Janocius* Canonicus, visu omni destitutus, morborum-que variis generibus penitus emaceratus, di-

„*ctavit.* Cui, *Dei* misericordia singulari, concessum fuit, ut spiritum extremum non prius ederet, quam *Gorscii*, viri docti et probi, optimeque de Ecclesia et Republica Polona meriti, memoriam ab oblivione vindicaverit.” Unde coniecere possis, *Janocium* statim post finitam hanc *Gorscii* memoriam obiisse, Strachliumque auxilio ejus privatum, solum in expediendo opere progressum fuisse, nisi illa notatio in ipso codicis nostri fine apposita, annos vitae et caecitatis *Janocii* enumerans testaretur, eum anno 1782 adhuc in vivis fuisse, i. e. eodem anno, quo codex iste finitus est. Facere itaque non possum, quin observationem illam in-Memoriam *Gorscii* factam, testimonium singularis propensionis et amoris, quo *Janocius* noster tantum virum prosequeretur, eximiique studii, in enumerandis ejus scriptis et collectionibus positi, manifestum documentum esse putem. Nam *Janocius* adeo eum amabat, ut ea volumina collectionis ejus, quae Varsaviae deerant, Cracoviâ Varsaviam perferri curaret, et quidem ope *Hugonis Kottâtay* Canonici Cracoviensis: „literarum optimarum (verba sunt codicis nostri) atque utilissimarum cognitione, agendique dexteritate singulari, Augustissimae Majestati Regiae et Reipublicae commendatissimâ”, quo plenior fieret eorum descriptio. Ipsa quoque valetudo *Janocii*, finientis Memoriam *Gorscii*, ita forsitan periclitabatur, ut de ejus vita jam dubitarent amici, quam ei tamen Deus Benignissimus longius producere permisit. Inveniuntur enim infra compluria loca in codice nostro, quae testantur, posteriores etiam post finitam

Gorscii, *Memorias doctorum Polonorum Straehlium* a dictante: quanquam admodum infirmo *Janocio*, calamo excepsisse, e. gr. in fine numeri LXV. legimus: „*Kanonis* orationes reliquas enumerare, „nimis difficile nunc *mihi (Janocio)* est”; numerus vero CLVI de *Nicolao Tromba* archiepiscopo, ita finit: „Haec de Praesule tanto, in sum- „ma aegritudine animi corporisque dictavit „*Janocius*, qui ejus amorem singularem in „literas et viros literatos silere nunc debuit.” Octavus denique a fine totius voluminis numerus haec habet: „*Zaluscii* Antistitis *Kijoviensis* re- „liqua opera manu scripta in tanta animi cor- „porisque infirmitate attingi a nobis non pos- „sunt.” Utcunque res se habuit, conquiescamus in hoc, quod intrinsecus codicis omnia, sive spectas genus scribendi, sive modum tractandae rei, respondeant prioribus voluminibus, sic ut de veritate testimonii in fine libri appositi, dubitare prorsus nequeas, *Janocium* fuisse ejus autorem. Cum vero in *Memoria Josephi Borucki* sub numero IX, mentio inveniatur anni, quo haec scribebatur, nempe MDCCLXXIX, jam elucet, statim post finitum volumen secundum *Janocianorum*, divulgatumque eodem quoque MDCCLXXIX scilicet anno, laborem hunc ab auctore continuatum et per tres annos absolutum fuisse: ex Indice vero sepulchrorum Ecclesiae Varsaviensis S. Joannis, compertum nobis habemus, Joannem Danielem *Janocium* die 10. Novem. An. MDCCLXXXVI septuagenarium in Bibliotheca *Zalusiana*, senectute confectum diem obiisse.

Sed quid censendum de hac re, nempe: alterum e duobus manuscriptis libris, mendis vacare, alterum scatentem iis esse, e. gr. *rehtor* pro *rhetor*, id forsitan quaeris? De his paucis accipe: — Dubio caret, *Janocium* a septem annis visu orbatum, correctorem scribae non egisse. Verosimilimum itaque nobis esse videtur, ipsum *Strae-hlium*, penna calligraphi cujusdam, magis peritia artis suae, quam orthographia et eruditione commendati usum, scriptum hoc non solum a vitiis scribentis purgasse, sed etiam plurimis in locis, quod repetita lectione autoribus accidere solet, mutasse, adjutumque consilio *Janocii*, in melius convertisse. Alterum etenim scriptum adeo sollicitè penna exaratum est, ut non solum a mendis, quibus primum laborat, liberum sit, sed etiam talem characterem, talemque pulcherrimam formam plurimis in locis praeseferat, qualem in scriptis aeri incisis videre solemus. Sed nequaquam mihi reticendum censeo, calligraphum hunc nonnulla in transcribendo codice omisisse, quae mihi digna videbantur, ut suis in locis, attamen diversis literarum formis distincta, imprimerentur. Talia habes sub numero LXV de *Stanislao Carncovio*, sub numero LXVII de *Josepho Kattenbring*; sub numero LXXXIII de *Joanne Magno*; sub numero LXXXIX de *Naymanpo* Canonico et *Naymanowicio* Professore Juris; sub numero CXIII. de *Boguslao Principe Radivilo*; sub numero CL: *Suum cuique*; sub numero CLXVII de *Josepho Urendovio*; sub numero CLXIX de *Andrea Wę-gierscio*. Non omnia haec fortuito et per negligentiam describentis omissa fuisse, monet titulus de Bo-

guslao Radivilo, qui perductis in signum crucis lineis in codice primario tollendus apparet, sed quam de causa id factum sit, ignoro, neque coniectare volo.

Sed his jam missis, graviolem quaestionem dissolvendam aggrediamur, eam nempe: quid boni, quid utilitatis e tertio volumine *Janocianorum*, publici juris a nobis facto, in literas Polonas redundaturum sit? Sed inspicere quaeso, Lector Humanissime, ipsum indicem volumini huic praemissum, et in prima pagina invenies plurima literatorum Polonorum nomina, et opera, hucusque in libris de hac re agentibus ommissa, plurima vero prorsus ignota. Citantur enim hic: *Aroemberski* Episcopus Kijoviensis, Augusti II laudator, *Bartscius* Smolenscensis expeditionis scriptor; *Bassani* scriptor itineris Romani Mariae Casimirae; Stanislaus *Biel* Rector Academiae Cracoviensis, orator gravis; de *Buino* Petrus, Censor Vincentii Kadlubkonis; *Boretii* plantarum in Prussia crescentium interpretatio Polonica etc. — Praeterea inveniuntur in hoc volumine additamenta ad ea, quae incoepta fuere in praecedentibus duobus voluminibus *Janocianorum*; e. gr. *Agricolae* operum index continuatus atque correctus; *Basconis* editio novissima et externi codices manuscripti; *Corvini* opusculorum in Polonia editorum notitia aucta; *Derslai* notitia aucta; et plurima similia. Quod vero ea spectat, quae a recentioribus rei literariae Polonicae auctoribus tractata videmus, conferas quae de scriptis Andreae *Cricii* habet *Bentkovius* (vol. I, p. 605 - 6) cum his, quae in hoc volumine exponuntur; de

Schneebergero autem conferas nostra cum iis, quae de eo habet pars II operis eruditissimi nuperrime editi ab Illustrissimo Comite Josepho *Ossolinio*, singulari meo Maecenate, summo cum studio a me per totam vitam prosequendo. — Indicatur porro multis in locis, ubi quaerenda sint, apud nostros vel apud extraneos, quae ad historiam nostram, imprimis historiam literariam desiderantur; e. gr. Joannis *Dantisci* legationum externarum acta; *Erasmi* Praesulis Plocensis legationum acta; *Ferrerii* Apostolicae in Polonia legationis acta; *Joannis I* Hungarorum Regis acta secreta; *Isabellae* Hungarorum Reginae Acta et Epistolae secretiores; *Ludovici II* acta secretiora; *Radviliana*e bibliothecae memorabilia; *Eliae* Palatini Valachiae ad Sigismundum I legationes. Discimus porro e codice nostro singularia nonnulla de vita, fatibus, ratione agendi, obitu, quorundam eruditorum; e. gr. *Erasmus* Praesul Plocensis, quando mortuus? *Bartholomaeus Paprocki*, cur patriae exul? *Mathaeus Shamotuliensis* quam mortem obierit? *Josephi Borucki* plagium temporibus nostris insolentissimum; Sanctiora Reipublicae volumina *Hankievicium* in silva remota a Suecorum rapina custodisse; *Niesiecium* opus genealogicum latine inchoasse, *Czaplinscium* Tomum ejusdem quintum conscripsisse etc.

Permagnus vero indicatur in hoc volumine numerus auctorum, et quidem inter alios gravissimorum prorsusque incognitorum, quorum scripta nondum lucem adspexere, e. gr. *Stanislaus Bużewski*, Archiepiscoporum Gnesnensium, Biographus praestantissimus; *Coributus Cossirius* Eques Masovius, poë-

ta laureatus; *Stanislaus Cracoviensis* Dominicanus, vitae S. Hyacinthi scriptor antiquus; *Nicolaus de Czersko* auctor chronici Ducum Masoviae; *Antonius Dembowski* patrii juris publici auctor; *Joannes Grotkowski* Gnesnensium Archipraesulum Biographus; *Joannes Hagenaw* scriptor peregrinationis Vladislai Sigismundi; *Stephanus Casimirus Hankiewicz* indicis monumentorum publicorum a Suecis raptorum reditorumque auctor; *Joannes Thomas Josephowicz* scriptor historiae Archiepiscopatus Leopoliensis; *Lithuanicarum* Genealogiarum anonymus scriptor Polonicus; *Joannes Damascenus Lubieniecki* auctor historiae Episcopatus sui; *Prussicarum* Genealogiarum auctor anonymus lingua Polonica; *Martinus Radzinski* Chronographus optimus; *Michael Rozdrzowski* Poeta Epicus; *Ignatius Dunin Szpot* Historicus; *Joannes Zambocki* historiae patriae scriptor, etc.

Jam ea, quae hucusque a me dicta sunt, sufficere puto, ad probandum propositum meum edendi quam citissime in lucem opus, suppletis duo anteriora volumina *Ianocianorum*, et comprehendentis tot gravissima rem literariam nostram spectantia. In hac festinatione posuisse me censeo totum meum qua editoris meritum. Caetera, quae ab editoribus in hujusce generis scriptis praestari solent, equidem praestare nec potui, nec volui, cum et otio carerem, nec id necessarium esse viderem, ut hunc codicem ex iis fontibus literariis, qui recentioribus temporibus cum a popularibus meis, tum a peregrinis eruditissimis, aperti facti sunt, locupletarer. Persuasum enim mihi habeo, quam plurimum interesse, ut scriptores

scrutatoresque literarum Polonarum quam citius nobiscum utantur et fruantur iis, quae codex a nobis editus, continet, proprioque Marte suppleant, quae desiderentur: quod melius ab iis, quam a me fieri poterit.

Anonymo vero Amico, viro literarum vernacularum Amicissimo, non solum meo, non solum Bibliothecae Publicae, curae meae, consilio Illustrissimi Praesidis Senatus et Cultus Divini Institutionisque Publicae Magistratus Supremi, Stanislai Comitis Porocni, singularis mei Maecenatis, semper a me maxima cum gratitudine piè colendi, a Celsissimo Principe vices Regis agente commissae; sed etiam nomine Gentis Poloniae gratias quam maximas ago, quod humanissime voluerit ditare nostrum librorum apparatus codice tam magni momenti, et rem nostram literariam hoc tam diu occulto eruditionis patriae monumento auxerit. Utilitas publica maximum gratissimumque praemium ei erit, eo majus futurum, si Cives nostri exemplum ejus sequuturi fuerint.

Poloni! Carissimi Populares mei! non ignoratis, rem literariam nostram extraneos, praesertim, qui rebus nostris invident, flocci facere. Scitis eam non tam locupletem esse, ut cum literariis alienigenorum monumentis comparari possit. Sed quemadmodum faciunt egeni, ii qui prudenter maxima cum sollicitudine omnia ad repellendam egestatem suam colligunt, eaque in quam optimum usum convertere curant, sic nobis in egestate nostra literaria faciendum esse censeo. Nihil nobis negligendum,

omnia in utilitatem publicam convertenda. En! quam multa scriptorum nondum in lucem editorum in hoc uno volumine *Janocianorum* indicantur! Post jacturam, nunquam satis dolendam, Bibliothecae *Zaluscianae*, in qua etsi non omnia, multa tamen in unum locum collecta inveniebantur, plurima nunc per provincias Polonas dispersa, partim neglecta pulvereque sparsa, aut vermibus muribusque consumenda relictas, partim, utpote quae meliorem sortem nata esse putamus, inserviunt hactenus privatae utilitati, aut adservantur viris, qui possessione eorum non fruuntur, sed gloriantur. Quid hinc literis accedet utilitatis? quid quod in publicum prosit? — Prosit? inmo, quam maximum detrimentum artibus literisque inde adfertur! Nec solum hanc sortem scripti, sed etiam impressi libri habent, adeo ut jam unus et alter ex antiquioribus omnino interierit. Quapropter sacratissimum muneris mihi injuncti officium duco, non solum conservare, quae in Bibliotheca publica continentur, ibique in posterum deponuntur, sed insuper summam etiam diligentiam adhibere, ut quae sunt non lateant, sed in usum publicum deducantur, et sic gloriam et honorem Patriae augeant et amplificent.

Numne pauca accesserint illustrandis rebus nostris literariis per ea, quae Spectabilis Amicus meus Hippolytus *Kownacki* in Memoriis Varsaviensibus publicavit, deprompta e thesauris bibliothecae *Villanovianae*? quid putatis? potuissimne libellum de Lege Lithuanica conscribere, nisi habuissem creditos mihi codices et libros a Celsissimo

Principe Adamo Czartoryscio, a Viris admodum Venerandis Niemcewicio, Sieracovio, Suchodolio, Chruccio? Nuperrime vero ab Amicissimo mihi Niemcewicio edita Historia Sigismundi III., num esset tam locuples et abundans ignotis evulgatis rebus, nisi studium ejus colligendi omnia ubicunque, a popularibus Tantum Virum quam maxime diligentibus et mirantibus, adjutum non fuisset? An Venerandus Antistes Plocensis Prażmowski, literarum Fautor studiosissimus, descripsisset in Memoriis Varsaviensibus codices Kadlubkonis et Ludovici Decii, si illi, quos Illustrissimus Kuropatnickius Comes, in usum Bibliothecae Societatis Regiae Varsaviensis dono obtulit, in eo quo eousque loco laterent? Quid, (nam, ne ipsos solum recentiores laudare videar, antiquiorum id ipsum conantium immemor), an Pistorius, Sommersbergius, Groddecius, Menckenius, Lengnichius, Mitzlerus, Bohomolcius, et his similes, tam claram lucem historiae literisque Polonicis accendere valuissent, si codices et libros impressos ad sua usque tempora in tenebris jacentes, in publicum non protulissent? Num denique laudabile propositum Regiae Societatis nostrae, Praeside dignissimo Stanisla Staszicio, flagrantissimo studio literas et disciplinas in Patria propagante, Varsaviae florentis, edendi totius corporis Historiae Polonae, prospere ad finem perducı poterit, nisi latentes privatorum thesauri codicum et librorum aperientur, Vos Ipsi consideratote!

Sed monendum mihi adhuc est de iis, quae porro in fasciculo ab Amico anonymo mihi misso inveni; prius vero nonnulla mihi adhuc de Zaluscio ejusque laboribus praemittenda. Sciunt nostrates neque

neque latet extraneos, *Josephum Andream Zalusci-*
um, Episcopum Kijoviensem, non solum incompara-
bilem librorum apparatus studio et sumptu incredi-
bili conquisisse, sed etiam manu sua conscripsisse.
Ut taceam de catalogo lingua vernacula versibus con-
cepto, in memoriam lectoribus revoco scripta manu
ejus volumina sub titulo: „*Magna Bibliotheca*
Polona Universalis”, quorum descriptionem e
Catalogo *Zaluscii* Polonico, nunc a me commemora-
to, deprompsit noster *Bentkovius* Vol. I, p. 33-4;
nos vero hic inspiciamus eam, quam nobis *Janocius* in
hoc nostro codice sub numero CLXXVI reliquit,
enumerantem solummodo sex volumina istius Cata-
logi, licet *Bentkovius* decem meminerit. Verba
Janocii haec sunt: „Relicta ab Episcopo Kijo-
viensi *Bibliotheca* (in margine additur: Inte-
gra ab ipso Antistite perscripta: literis quidem
nitidis, sed adeo minutis, ut non, nisi oculo
acri, atque erudito, dignosci possint) *Polo-*
nica Universalis: cui conficiendae annos
quadraginta impendit: Tomis sex, forma 4 mæ-
xima, distinguitur. Tomo primo atque se-
cundo exhibentur Auctores Poloni ac Li-
tuani, Roxolanique indigenae; qui Latine,
Graece, Hebraice, Polonice, Gallice, Itali-
ce, et quocunque alio sermone scripserunt.
Tertio continentur Scriptores externi: quo-
rum Opera in linguam Polonicam conversa
sunt. Tomo quarto et quinto Scriptores il-
li externi producuntur: qui res Polonicas,
aut Latina, aut Gallica, aut Italica, aut Ger-
manica, aut quacunque alia lingua exposue-
runt. Sexto denique Scriptores natione Prus-

„ si, Silesii, Pomerani, Livones atque Curones,
„ Regis et Reipublicae Poloniae potestati ac tu-
„ telae subjecti, sistuntur. Quorum omnium, et
„ singulorum Opera, eo ordine, quo in lucem
„ exierunt, accurate enumerantur. Vitae acta
„ nimium parce attinguntur. Honores tamen,
„ quibus Auctor: de quo sermo est: fuerit prae-
„ ditus, haud infrequenter indicantur. Mortis
„ tempus nonnunquam exprimitur.”

His de *Zaluscii* catalogo Latino expositis, per-
go indicare Lectoribus, me in fasciculo ab Amico
communicato, praeter codicem tertii Voluminis *Ja-
nocianorum*, invenisse adhuc octo, et quod excurrit
plagulas, eadem calligraphi, qui illum codicem de-
scripsit, manu, eademque forma, nitide exaratas,
et inscriptas titulo, quem, quàm accuratissime hic im-
primi curavi:

BIBLIOTHECA POLONICA UNIVERSALIS:

EXHIBENS OMNES ET SINGULOS
GENTIS POLONICAE,
RELIQUARUMQUE NATIONUM SCEPTRO
POLONICO SUBDITARUM
SCRIPTORES.

Annorum XL. spatio, toto orbe Terrarum Bonis Litteris exculpto, studio ac sumtu incredibili conquisivit, industriaque atque assiduitate maxima recensuit, et civium usui perpetuo dicavit, JOSEPHUS ANDREAS, e ZALUSCIIS, Masoviae Comitibus Veterrimis, Episcopus Kijoviensis atque Czerniechoviensis, Solique Pontificii Episcopus Assistens: Regni Polonici Senator Primarius, et Heroici Ordinis Aquilæ Albæ Eques: Florentissimarum Societatum Litterariarum, Pontificiarum, Imperatoriarum, atque Regiarum Collega Honorarius.

E Monumentis Autographis Praesulis, Maecenatisque incomparabilis, litterarum ordine, juxta familiarum nomina, centuriatim in Publicum producit, Veterimus ac Fidelissimus Ejus familiaris, atque Protobibliothecarius, JOANNES DANIEL ANDREAS JANOSKI Polonus, Kijoviensis Ecclesiae Cathedralis Canonicus, atque Praepositus Babimostensis.

CENTURIA PRIMA.

VARSAVIAE

Typis Regiis et Reipublicae in Collegio Majori
SOCIETATIS JESU. MDCCLXXIII.

BIBLIOTHECA

TOPONIMICA

Vol. I.

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

1888

Ultima inscriptionis hujus verba indicant, scriptum hoc prelo paratissimum, jam typographiam sibi conductam habuisse, et quidem tribus annis prius, antequam volumen primum *Janocianorum* (MDCCLXXVI) apud *Gröllium* Varsaviae ederetur. Cum vero pro certo habeam, nullum opus *Janocii* sub titulo *Bibliothecae Polonicae Universalis* impressum fuisse, coepi confestim consilium adjungendi volumini tertio *Janocianorum* has octo Bibliothecae Polonae, e catalogo Latino *Zaluscii* depromptas plagulas, dolore affectus, non plures inveniri, et scriptum hoc jam in litera *L* finire, licet plus dimidia parte ultimae paginae haud inscriptum remanserit. Accuratius vero re examinata, inveni, omnes fere codicis huius numeros iisdem verbis deprehendi, jam in opere *Janocianorum* et quidem sparsim in diversis eorum locis. Mutato itaque consilio, cum nollem acta reagere, et impressa jam denuo imprimere, statui in ipso hoc prooemio meo conscribere indicem nominum in his plagulis tractatorum, ostendens quonam in loco *Janocianorum* unumquodque eorum inveniatur, ea solummodo describens, quae vel desiderentur, vel aliter elaborata impressa sint. Initium est:

Joannes AESTICAMPIANUS vide *Sommerfeld*; cum vero plagulae hae jam in litera *L* finiant, de *Sommerfeldio* nihil in iis invenitur.

Rudolphus AGRICOLA Junior; iisdem verbis legitur Vol. I. *Janocianorum*, sub numero II.

Stanislaus AICHLER, Glandinus; idem in *Janocian* I. numero III.

Nullibi in anterioribus inveni, quae sequuntur:

Adrianus ALBINUS Lusatus, elegantioribus literis Cracoviae studuit. Annique MDXXXIV initio, nitidum ac suave Carmen, elegis conditum, cujus argumentum et titulus est, *Musarum* nutrix Sarmatia, Hieronymo Vietori forma 4 excudendum dedit.

Georgius ALBINUS Cosmini, Comitum tunc *Gorcarum* oppido, natus est. Cracoviae Rhetoricen docuit. Isque Jacobi Publicii, artem conficiendi epistolas, et Petri Mosellani, de primis apud Rhetorem exercitationibus praeceptiones, in suorum discipulorum usum, ex officina Mathiae Scharffenberg, anno MDXXX. forma 8 edidit. Quibus sua Epigrammata non invenusta praemisit. Subsequenti anno, Decasticha novem Musarum, natali Christi congratulantium, illustri ac Magnifico Domino Lucae Comiti *Gorcae*, Castellano Posnaniensi, ac Capitaneo generali Majoris Poloniae inscripta, Cracoviae apud Hieronymum Vietorem, forma 4, luci exposuit. Idem ille, M. Tul. Ciceronis orationem pro Archia Pöëta, maximae indolis puero, Andreae Bonero, Consularis viri, Francisci Boneri, filio primogenito dedicatam, Cracoviae per Mathiam Scharffenberg. Anno MDXXXVII. forma 4 divulgavit.

Tranquillus ANDRONICUS *Dalmata*; iisdem verbis descriptus est Vol. I. *Janocianor.* sub Nro VIII.

Fr. ANSELMUS, idem *Janoc.* I, IX.

Joannes ANTONINUS, idem *Janoc.* I, X.

Non invenitur:

Thomas BEDERMAN Posnaniensis, bonarum omnium artium studiis eruditissimus, *Sigismundo I.* regnante, in patrio Gymnasio, *Lubranscii* Antistitis liberalitate excitato, rhetoricae docendae provinciam accepit.... Illius cura, „M. T. Ciceronis eloquentie parentis breviores Epistole. Adjecto Jodoci *Badii Ascensii*, in epistolarum compositionem, compendioso Isagogico. Cracoviae. Impensis providi viri Domini Joannis Haller, anno incarnationis dominice MDXIII. forma 4, lucem asperere. Ipsiusque opera M. Tullii Ciceronis Romane Eloquentie Principis, Dialogus de partitione oratoria. Regia in Civitate Cracovia. Ex edibus spectabilis viri Domini Joannis Haller Civis et Consulis Cracovien. anno salutis nostrae MCCCCCXV. forma simili in publicum est prolatus. Bedermannus ille edidit etiam Hesiodi poema: et Joannis de *Stobnicza* praeceptoris sui scripta.

BENEDICTUS Cosminensis sive *Cosminius* idem invenitur in *Janoc.* Vol. III. Nro XXI.

Joannes BENEDICTUS Lusatus; idem in *Janoc.* III. Nro VIII.

Non inveniuntur duo sequentes:

Fr. BLASIUS, Eremita Paulinus, Provinciae Polonae Vicarius. Exstant illius salutare Paræneses, de Epistolis et Evangeliiis per annum occurrentibus, ad fratres suos habitae. Cracoviae per Mathiam *Scharffenberg* impressae M536. 8. perque eundem 1542, simili forma iterum excusae.

Joannes CAFFMANN, liberalium artium Magister, idemque Canonicus Sandomirien. ac Minoris Collegii Artistarum Studii Cracovien. Collegiatus. Editae sunt ipsius *Ephemerides* ad annos quinque: ab anno 1532, ad ann. 1536, pro longitudine meridiani Cracovien. per tabulas, (ut vocant) resolutorias, in communem usum omnium Astronomiae studiosorum suppatae. Cracoviae per Florianum Unglerium. Anno Domini MDXXXI. sedecima Octobris forma 8 majori.

Joannes CAMPENSIS; idem in *Janoc.* I. Nro XIII.

Joannes CERVUS; idem ib. I, XIV.

Stanislaus CHROSCESCUS; idem in *Janocia.* Vol. III. Nro XVIII.

Michael COCCINIUS; ibidem I, XVI,

De *Laurentio CORVINO* quanquam non solum in I, sed etiam in III volumine *Janocianorum* in-

veniat copiosior notitia; cum vero si non quo ad rem, attamen quoad verba et ordinem tractandi diversa sit ab iis, quae hic majori cum concinnitate sequuntur, imprimenda mihi videbantur, ut lector humanissimus tres hos de *Corvino* locos comparare possit:

Laurentius CORVINUS Novoforen. Silesius, publicus in Cracoviensi Academia eloquentiae professor, sub regni Sigismundi I. initia; connubii ineundi causa, Vratislaviam repetiit. Moxque assignatum sibi in Thorunensiun Curiæ Secretarii locum occupavit. Unde brevi, a Vratislaviensi Senatu, humanissimis literis est revocatus, scribendisque urbis illius epistolis secretis, ac procurandis negotiis omnibus externis praefectus. Coluit in Prussia, ante omnes, *Nicolaum Copernicum*, virum unum totius septentrionis facile doctissimum. Editisque, ab eo, *Theophylacti Simocatti* Epistolis, *Corvinus* Elegiacum suum carmen praemisit: quo valedicit Prutenis, describitque, quantum sibi voluptatis attulerint sequentes *Theophylacti* Epistolae: et quam dulcis sit a natali solo extorri in patriam reditus. A Vratislaviensi civitate, ad *Vladislaum* Hungarorum ac Bohemorum regem, maximis de rebus bis missus est. Senatusque et populi nomine, *Sigismundo I*, Regi Poloniae, alteras nuptias est gratulatus. Atque eidem Epithalamium, cultissimis Elegis compositum, perque Cracoviensem Typographum, Hieronymum Vietorem, anno MDXVIII, forma 4, magna diligentia excusum,

porrexit. A quo ingenti congiario donatus est. A prima statim adolescentia inter Polonos. summe amavit, Stanislaum *Bylinscium*, sacrarum literarum scientia, ac disserendi facultate et copia excellentem. Cum quo, ei, senecta jam aetate, vehementes controversiae de religione intercesserunt.

Albertus à COSTEN, idem in Janocia. III, XXIV.

Leonardus COXUS idem in Janocia. I, XVIII.

Nusquam vero a me repertus :

Stephanus CREBENNIUS Hirspergen. Silesius, Cracoviae, Georgii Libani institutione usus, Latinis Graecisque studuit literis: Atque illic: *Historiam Nativitatis Domini nostri Jesu Christi*, heroicis versibus expositam: simulque *Erythraeae Sibyllae*, de Christo mundi servatore carmen, Latinis hexametris redditum. Apud Hieronymum Vietorem M.D.XLIIII. X Calend. Januar. forma 4, in conspectum, et judicium eruditorum hominum, prodire passus est.

Paulus CROSNENSIS; idem in Janocia. I, XIX.

Joannes CUSANUS; idem in Janoc. III, XXIX.

Leonardus DAVID; idem in Janoc. I, XXI.

Jodocus, sive *Justus Ludovicus* DECIUS, in plagulis nostris satis prolixè descriptus, adjunctam si-

bi habet schedulam, cum nonnullis additamentis. Omnia haec vero et plura adhuc inveniuntur in Janoc. I, XXII.

Martinus DOERGAST; idem in Janoc. I, XXIII, ubi vero *Dobrgost* vocatur.

Wolfgang DROSCHIUS; idem in Janoc. I, XXV.

Valentinus ECKIUS; idem in Janoc. I, XXVI, ubi tamen numerus scriptorum ab eo editorum, uno est auctus.

Helius EOBANUS HESSUS; idem in Janoc. I, XXVII

Anselmus EPHORINUS; idem in Janoc. I, XXVIII.

Sebastianus FELSTINENSIS; idem in Janoc. I, XXIX.

Jacobus FERDINANDUS, in Janocianis I, XXX copiosius descriptus, nam ibi addita sunt, quae opus ejus de peste antecessere.

Mathias FRANCONIUS; idem in Janocia. I, XXXI, idemque scriptorum ab eo editorum numerus.

Andreas FRICIUS Modrevius prolixius descriptus est in Janocian. I, XXXII; sed ut Lector Benigne, ipse de additamentis ibi factis judicare possis, imprimi jussi hic descriptionem *Fricii*, qualem in plagulis meis inveni.

Andreas FRICIUS Modrevius, summo ingenio et prudentia fuit praeditus, summeque et eloquens, et doctus: sed a priscae atque orthodoxae Ecclesiae religione et ritibus jam tunc alienus, et plane aversus. Functus est apud *Sigismundum Augustum*, Regem juvenem Scribae officio, quod, ea aetate, a Polonis existimabatur honorificentissimum. Regi illi quidem in primis carus et dilectus: consiliorumque ejus, et in publica re, et in privatis omnibus, particeps fuit. Quare, a Regni quoque Proceribus, e profano ordine, singulari amore atque observantia judicatus est dignissimus. Coluit autem ipse, praeter alios omnes, *Siradiae Palatinum*, *Hieronymum Lasium*, senatoriis atque imperatoriis artibus, disciplinisque insigniter excultum. Mortuumque eum, in aureolo illo libello, quem de *Homicidiis juste et legitime puniendis* composuit, admirabili elegantia ac gravitate disserentem induxit. Eodem paene tempore, *Fricio* consuetudo haud parva fuit, cum *Demosthene* Polonorum, *Stanislao Orichonio*; qui ejus opera semel et iterum est usus felicissime, in tractandis conficiendisque negotiis suis; nihilominus tamen, insecuta tempestate, honoris atque fortunae invidia, ex familiari, inimicus ipsi, et vehemens feroxque obtrektor, factus est. Constantem autem, stabilemque sese ei in amicitia praestitit, *Leonardus Altipolita*, *Sigismundi Augusti* Regis Theologus, idemque Cathedralis Cracoviensis Ecclesiastes, virtute atque pro-

bitate non minus: quam eruditione facultateque dicendi celeber. Isque publice *Fricium* meritis ac debitis extulit laudibus. Similique eum studio ac fide adamavit, carminibusque magnopere commendavit, *Petrus Roysius* Hispanus, itemque *Joannes Langus* Silesius, clarus uterque Juris consultus, et Poeta uterque memorabilis. *Sigismundo* seniore adhuc Rege, *Fricius* nitidissima atque elegantissima haec scripta exire, atque emanare passus est in publicum: (Enumeratio haec scriptorum *Fricii* eadem est, quam legimus in *Janocia*. I, p. 86 - 88).

Antonius GAZIUS; idem in *Janacia*. I, XXXIII.

Andreas GLABER; idem in *Janocia*. I, XXXIV.

Stanislaus GLANDINUS, vide Aichler; *Janociana* I, XXXIV.

Non invenitur nusquam in *Janocianis*, ergo imprimendus hic nobis erat:

Joannes Glogoviensis, Silesius, primarius, in Cracoviensi Academia, philosophiae atque matheseos professor, assiduo labore ac senio confectus, brevi post *Sigismundi I* Regis inaugurationem, fato concessit: cum non ita pridem Ecclesiae Collegiatae Divi *Floriani* Canonicis adscriptus esset. Diem undecimum mensis Februarii, anni a *Christo* nato M.D.VII. vitae supremum habuit, vir, ut tempora illa ferebant, doctissimus, ac scriptionum philoso-

phicarum, mathematicarumque, fama clarissimus. Studiosa juvenus Teutonica, cui sumtu magno commune comparavit domicilium, publico eum luctu honoravit. Conjunctissime et amantissime vixit cum *Joanne Hallero*, gravissimo Cracoviensis urbis Consule, artisque typographicae in Polonia instauratore. Cui edenda scripta sua reliquit. Pauculis ante mortem diebus, *Computum* suum *Chiometralem*, ex *Halleriana* officina, forma 4, emisit. Qui, elapsis quatuor annis, denuo in lucem vocatus est, additis in fine iis verbis: „Habes humanissime Lector *Computi Chiometralis* opus „ (resolutum, emendatum et permagna lucubratione castigatum ad unum ciclum magnum „ spatiolum, scilicet 76 annorum, qui incipit „ anno 1482, et durabit ad annum 1558. per „ Magistrum *Johannem Glogoviensem* Canonicum Ecclesiae Divi Floriani et collegiatum „ majoris Collegii virum omni quaque doctissimum, decus singulare universitatis Cracoviensis decantate ferme totum per ambitum orbis terreni studium ob mathematicum non ignobile) ultimum inter reliqua quam plurima sua opuscula (super triplicem philosophiam *Aristotelis* philosophorum principis Ethicen, Physicen et Dialecticen) alia literis impressoriis mandata: alia Pluto stygius triceps obumbrat, quod opus anno domini 1507 datum est in lucem, breviusculo post tempore „ Magister *Johannes Glogoviensis* illius castigator, vite sue extremum clauserat diem, 3 „ Idus Februarias: Denuo revisum et impres-

„ sum expensis Domini *Johannis Haller* civis
„ Cracoviensis Anno salutis nostre, Millesimo
„ quingentesimo undecimo, primo die Augusti.

Haec praeterea opera post *Joannis* obitum,
in publicum prolata sunt:

1., Minoris *Donati* de octo partibus orationis
compendiosa interpretatio per Magistrum Jo-
hannem *Glogoviensem* in florigera Craco-
viensi Universitate breviter in unum recolle-
cta. Nuperque denuo revisa, et accurata
diligentia fideliter emendata. Abjectis ex
priori exemplari nonnullis superfluis. Ne-
cessariis vero additis pro juniorum aptiori
institutione, Impressum opus impensis pro-
vidi viri *Johannis Haller* Civis Cracoviensis.
Anno salutis nostre millesimo quingentesi-
mo nono. Mense Martio 4. Recusum apud
eundem Typographum, anno salutis nostre
millesimo quingentesimo undecimo. Quinta
feria ante purificationis sacratissime Virginis
Marie. Iterumque repetitum Argentine per
honestum virum Joannem Knoblauch civem
Argentinensem. Impensis Urbani Kaym Biblio-
pole Budensis. Anno Domini MDXV. in vi-
gilia Simonis et Jude Apostolorum.

2., Exercitium secunde partis Alexandri Gal-
lici per Magistrum *Johannem Glogoviensem*
in florigera Cracoviensi universitate brevi-
ter in unum recollectum: nuperque denuo
revisum: et accurata diligentia fideliter emen-

datum: abjectis ex priori exemplari nonnullis superfluis. necessariis vero additis pro 6 juniorum aptiori Institutione. Cracoviae impensis spectabilis viri domini *Johannis Haller* impressum, finitumque feliciter in vigilia Annunciationis Marie Virginis illibate. Anno Christiane salutis, Millesimo quingentesimo decimo, 4. Excusum denuo Vienne Austriae per Joannem Singrenium: expensis vero Urbani Kaym Bibliopole Budensis. Anno 1518.

3., Questiones in libros priorum et Elenchorum Aristotelis per Magistrum *Joannem de Glogovia* in studio Cracoviensi collecte. Impensisque Domini Joannis Haller noviter recognite ac impressae. Anno Domini 1511. Quarta die Mensis Junii Cracoviae. 4.

4., Questiones Magistri Joannis Versoris super tres libros de anima Aristot. per Magistrum *Joannem Glogoviensem* Alme Universitatis studii Cracovien. Majoris Collegii Collegiatum pro juniorum in philosophiae studiis institutione noviter emendate. Impressae Cracoviae arte et impensis spectabilis viri Domini Joannis Haller. Anno Incarnationis Domini MDXIII, 4.

5., Introductorium Astronomie in Ephemerides per Magistrum *Joannem Glogoviensem*, in communem studentium in arte stellarum et studio Astronomie proficere cupientium utilitatem. In Academia Cracoviensi fauste receptum et colle-

collectum, impressum Cracoviae per Florianum et Wolfgangum, 1514. 4.

6., *Physionomia* hinc inde ex illustribus scriptoribus: per venerabilem virum Magistrum *Joannem Glogoviensem* Philosophum et Astronomum diligentissime recollecta. Impressa Cracoviae per Hieronymum Vietorem suis expensis. Anno Domini millesimo quingentesimo, decimo octavo. Mense vero Julii. Die septimo. 4. His annumerari adhuc debet; pusillus valde libellus, sine loci ac temporis nota, forma 8. minori editus, cui is titulus: *Joannis Glogeri* Artium Magistri *Recollectio chiromantie*. In florigera Cracovien. Universitate. Scripturae sacrae libros, quos, a *Joanne Glogoviensi*, in linguam Slavicam conversos, Cracoviaeque sumtibus *Joannis Haller*, Civis Cracoviensis divulgatos, *Simon Starovolscius*, in Elogiis et vitis centum illustrium Poloniae scriptorum, p. 102. asserit, literatissimus Polonorum, Auctorumque domesticorum copia abundantissimus, *Josephus Andreas Comes Zaluscius*, Praesul Kijoviensis atque Czerniechoviensis, ubique terrarum, locorum et gentium, frustra quaesivit. Insertae sunt magni *Era-smi* Roterodami Epistolis, 17erae a *Joanne Benedicto*, Regis Poloniae, *Sigismundi I.* Medico, docto ac gravi homine, fideque digno, Cracoviae IV. Februarii, anno MDXXXII, ad ipsum datae. In quibus ita scriptum est....
Magister *Joannes Glogoviensis*, olim Uni-

versitatis nostrae decus, ante quadraginta annos publice in haec verba prorupit: veniet Monachus niger, qui turbabit Ecclesiam: et nostri Wratislavienses erunt pejores, quam Pragenses. Quod factum esse, prohi dolor nemo non videt.

Guilelmus GNAPHIUS; idem in Janocia. I, XXXI

Philippus GUNDELIUS; idem in Janocia. I, XLII

Nullibi invenitur:

Nicolaus de GYELCZEPH Polonus Cracoviae politioris humanitatis studiis eruditus est *Laurentio Corvino* Silesio. Sacra autem et que profana philosophia a *Joanne Stobnicensi* Polono excultus. Ab eoque singulari dignus amicitia ac familiaritate: suasu ipsius mortuque, propriam suam expositionem in passionum terminorum Marsilii, Impressam Cracoviae opera et impensa bene meriti viri *Joann. Haller* Civis Cracovien. in die undecim milium virginum, Anno Domini millesimo quingentesimo septimo, forma 4. in publicum deduxitque id operis, Collegiatae Ecclesiae *Dis. Floriani* Primicerio, *Martino Ilcussio*, probato et gravi et docto viro, optimeque de se merito. Erat enim, eo auctore atque adjutore, in Cracoviensi Academia, liberalium artium Magistri titulo exornatus: simulque ad docendam dialecticam officium promotus. Et deinde per ejus gratiam, a Praesule Plocensi, *Erasmus*

tellio, doctrinae, atque eloquentiae, munificentiaeque fama notissimo, in domum suam saepissime invitatus, suisque nepotibus praeceptor electus ac sacerdotie valde insigni coonestatus est.

Joannes HALLER, idem in *Janocia*. I, XLIV.

Joannes HARZUGE; ib. I, XLV.

Christophorus HEGENDORFFINUS ib. I, XLVI.

Joannes HENCKEL; ib. I, XLVIII.

Matthaeus HOLNSTEIN; ib. I, XLIX.

Joannes HONTERUS; ib. I, L.

Invenitur quidem in *Janocianis* I, LI, sed multis cum mutationibus, eademque de causa hic imprimendus, qui sequitur:

Nicolaus HUSSOVIANUS Polenus, juvenis pauper et aerumnosus, bonis autem literis apprime eruditus, poeticaque facultate insignis. Habeo in manibus: De vita et gestis Divi *Hycinthi*, opusculum *Nicolai Hossoviani* heroicis versibus conscriptum. Impressum Cracoviae in Aedibus Hieronymi Vietoris. Anno Domini MDXXV. 4. Citatur et a *Kiloviae* Praesule *Zaluscio* Musageta, in auctorum Polonorum Catalogo proprio, *Nicolai Hussoviani* carmen, de *Bisonte* et ejus venatione. Craco-

viae per Hieronymum Vietorem, anno MDXXIII. forma 8. excusum. Itemque poëma, de victoria nova et miranda, a Poloniae Rege, *Sigismundo* ejus nominis primo, ex Turcis reportata. Per eundem Typographum, Anno salutis MDXXIV, forma 4 productum.

Observandum hic puto, invenisse me huic plagulae adjunctam schedulam, in qua manu minime calligraphica, notata sunt ea ipsa verba, quibus finit in Janocianis I, p. 126 memoria *Hussoviani*, scilicet: „*Elegiam quoque scripsit de Bisonte oblata.*” Eadem in schedula sequitur id ipsum, quod loco citato Janocianorum legimus: „*LII.: Basilius HYACINTHUS, Lituanus natione, patria Vilnensis fuit.*” — Caetera desiderantur.

Clemens JANICIUS; idem in Janocia. I, LIV.

Nicolaus JASKERUS; ib. I, LV.

Petrus ILLICINUS; ib. I, LVI.

Nicolaus de KAMIENIECZ; ib. I, LVII.

Joannes de KOMOROWO; ib. I, LX.

Joannes LAMCHONIUS; ib. Janoc. III, LXXV.

Joannes de LANCZUT in Janoc. III, LXXVI.

Joannes LANGUS; idem in Janocianis I, LXI, sed cum hoc discrimine, quod in plagula nostra decem

solummodo priora ejus scripta enumerantur, in Janocianis vero quatuor adhuc addita sunt.

Joannes LEOPOLIENSIS; in Janoc. I, LXII.

Stanislaus LEOPOLITANUS; ib. I, LXIV.

Hic jam finiunt plagulae hucusque a me descriptae; addendae nunc mihi videntur observationes et conclusiones, e comparatis his cum Janocianis deducendae. Vidimus inscriptionem plagularum praesse ferre annum MDCCLXXIII, unde patet tribus annis anteriorem eam esse primo *Janocianorum* Volumini, MDCCLXXVI anno edito. Vidimus porro res in his plagulis exhibitae, pro maxima parte inveniri iisdem verbis expressas, vel additamentis auctas in commemorato volumine primo, nonnullas in volumine tertio nunc a nobis edito, nihil vero in *Janocianorum* secundo. Hinc apparet *Janocium* ab ipso statim initio voluisse librum suum non titulo *Janocianorum* inscribere, sed *Bibliothecae Polonicae Universalis* ornare, eumque postea, forsan indulgentem modestiae Mecenatis, commutasse; opus vero ipsum *Janocianorum*, quemadmodum docent verba in titulo *Bibliothecae Polonicae Universalis*, e Monumentis autographis *Zaluscii* a *Janocio* productum esse, praesertim cum primum eorum volumen repletum sit iisdem rebus, in nonnullis solummodo locis auctis; labente vero tempore *Janocium* plagulis nostris posthabitis, in conscribendo volumine secundo liberiores egisse se in iis, quae in plagulis suis omissa reliquerat, quanquam etiam hic nonnulla adhuc, licet pauca forsitan me-

moria falsus, omiserit, quae a me hac in praefatione imprimenda censui.

His a me de opere, quod inscribitur *Janociana* et de *Bibliotheca Polona Universali* expositis, adjungam Epistolam aliasque schedulas *Janocii* in eodem fasciculo mihi allato inventas, in memoriam sollicitudinis, qua *Stanislaus Augustus* Rex Bibliothecam a *Zalusciis* conditam, amplexus est, documentum parati semper auxilii, quo *Janocius* noster indefessum studium *Narusevicii* adjuvabat.

I.

Illustrissimo, Excellentissimo ad Reverendissimo Domino, D. Adamo e Comitibus *Naruszeviciis*, Episcopo Emauscensi et Coadjutori Smolenscensi, Magnique Ducatus Lituaniae Notario Supremo: Heroici Ordinis *Davidi Stanislai* Equiti, Protectori nostro Indelgentissimo.

Praesul Maxime Indulgentissimeque!

Excellentiae Vestrae Illustrissimae, e Codicibus Msstis publicae Bibliothecae, ad *Sigismundi Augusti*, *Henrici Valesii*, et *Stephani Bathorei*, Regum Poloniae tempora illustranda, plurimum inservient:

I. Sub numero 244: Epistolarum, Inclytorum Regum Poloniae, SIGISMUNDI Patris et SIGISMUNDI Augusti Filii nominibus, per Do-

minum Stanislaum Hosium, et Martinum Cromerum, Ipsorum Secretarios, conscriptarum volumen. Cromeri (Praemissa est huic volumini, Martini Cromeri Coadjutoris et Designati Episcopi Varmiensis Epistola, ad Magnificum Dominum Joannem *Kostkam* de *Stangeberg* Castellatum Gedanensem, Capitaneum Marieburgensem, Dersaviensem, Terrarum Prussiae Thesaurarium, data Heilsbergae 10 die Martii 1573.) ipsius jam Coadjutoris, et Designati Episcopi Varmiensis, Autographum, folii magnitudine.

- II). Sub numero 251: Interregni Poloniae Libri VIII, a Suentoslao Orzelski, Radeoviensi Capitaneo conscripti anno salutis MDLXXVI. Sub initium Imperii Divi STEPHANI I Poloniae Regis. Orzelscii etiam Authographum, itidem folii magnitudine.

Rogamus autem supplices Illustrissimam Excellentiam Vestram impensissime, ut de tradendis sibi Codicibus illis utrisque, Serenissimi Principis *Stanislai Augusti*, Regis ac Domini nostri Clementissimi Mandatum, propria Manu sua subscriptum, nobis impetrare ac mittere dignetur; sine quo prius obtento, eos tradere nequimus. Augustissima enim Majestas Regia die 25 mensis Julii, anni hujus 1781, denuo per intimum Familiarem Suum nobis mandavit, ut e Bibliotheca publica liber nullus impressus, minimeque Manuscriptus, alicui Re-

giae Majestatis nomine jussu poscenti tradatur nisi ille prius mandatum Regium, Regia Manu propria subscriptum nobis reddiderit. Cui ut Subditi fideles omnino obedire debemus. Summa autem humilitate et Veneratione perseveramus Excellentiae Vestrae Illustrissimae, Protectoris Nostri Indulgentissimi servus observantissimus ac subjectissimus

Joannes Andreas Janocki.

Varsaviae, e Bibliotheca Serenissimae Majestatis Regiae ac Reipublicae, die III Octobris MDCCLXXXI.

2.

Serenissimi ac Potentissimi Principis *Stanislai Augusti*, Regis ac Domini Nostri Clementissimi mandato, Majestatis Suae Manu propria subscripto: Excellentissimo ac Reverendissimo Dno Adamo *Naruszewicz* Episcopo Coadjutori Smolenscensi, e Bibliothecae publicae Codicibus Msstis tradentur:

- I). Sub numero 244: Epistolarum, Inclytorum Regum Poloniae, *Sigismundi* Patris et *Sigismundi Augusti* Filii nominibus per Dominum Stanislaum Hosium, et Martinum Cromerum, Ipsorum Secretarios, conscriptarum volumen. Cromeri ipsius jam Coadjutoris et designati Episcopi *Varmiensis*, Autographum, folii magnitudinis.

- II). Sub numero 251: Interregni Poloniae libri VIII, a Suentoslao Orzelski, Radeoviensi Capitaneo conscripti anno salutis MDLXXVI. Sub initium Imperii Divi *Stephani I.* Poloniae Regis. Orzelscii etiam Autographum, itidem folii magnitudine.

Varsaviae, e Bibliotheca Serenissimae Majestatis Regiae et Reipublicae, die IV Octobris MDCCLXXXI.

3.

Serenissimi ac Potentissimi Principis *Stanislai Augusti*, Regis ac Domini Nostri Clementissimi Mandato: Excellentissimo et Reverendissimo Dno Adamo Comiti *Naruszewicz*, Episcopo Coadjutori Smolenscensi, Magnique Ducatus Lituaniae Notario Supremo, e Bibliothecae publicae Codicibus Msstis fideliter traduntur:

- I). Sub numero 246: Solimanni secundi Turcarum Caesaris, ad Sigismundum Augustum Polonorum Regem, Epistolae per Ibrahimum Beg; alias Strasz Polonorum Apostatam: Caesareum tunc Interpretem Maximum expeditae. Volumen rarissimum, initio tamen mancum.
- II). Sub numero 253: Laurentii Goslicki, Praepositi Cracoviensis et Secretarii Majoris Regni Poloniae: in causa Serenissimi Ste-

phani Poloniae Regis, cum Illustri Julio Duce Brunsvicensi, occasione certorum Bonorum post Illustrem Dominam *Sophiam* Natam Poloniae, et Ducissam Brunsvicensem, ad Regis Poloniae Majestatem juxta Pacta devolutorum. Crassum Volumen.

III). Sub numero 254 et 255: Liber Legationum, aliorumque negotiorum externorum, nomine Stephani Poloniae Regis, annis MDLXXXII et MDLXXXIII, Cancellariatu Joannis de *Zamoscie* tractatorum expeditotorumque. Volumina duo.

IV). Sub numero 364: Acta Interregni post *Sigismundi Augusti* Regis mortem, ad *Henrici* usque Coronationem. Volumen spissum idiomate Polonico.

V). Sub numero 396: Miscellanea varia ad Historiam Polonam anni 1573.

VI). Sub numero 397: Rerum Polonicarum annis 1573 — 1577. Volumen Miscellaneum.

VII). Sub numero 398: Miscellanea Polonica annis 1587 — 1632.

[Varsaviae die VIII Octobris, MDCCLXXXI

Augustissimae Majestatis Regiae Mandato:
Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Ada-

mo Comiti *Naruszewicz*, Episcopo Coadjutori Smolenscensi, Magnique Ducatus Lituaniae Notario Supremo, e Bibliothecae publicae Codicibus Msstis fideliter traditur:

Snb numero 204: Laurentii Goslicki, Episcopi Posnaniensis, Discursus de *Haereticis*. Cui annexi sunt: Commentariorum rerum sub Interregno, a morte Sigismundi Augusti Regis, usque ad Coronationem *Stephani Primi*, in Polonia gestarum. Libri II: auctore elegantissimo atque gravissimo.

E libris impressis:

Antonii Possevini, Societatis Jesu, Moscovie, Vilnae in Lituania, apud Joannem Velicensem. Anno Domini MDLXXXVI. forma 8. Cui Opusculo rarissimo, multae insunt Epistolae, a Stephano Rege, atque Anna Regina Poloniae, Joanneque *Zamoiscio* Regni Cancellario, ad Possevinum scriptae.

Varsaviae, die X Octobris MDCCLXXXI.

5.

Ad Excellentissimum Coadjutorem Smolenscensem, die X. Octobr. 1781.

Supellex Mssta publica forma 4, Historicarum rerum nimis sterilis, argumenti ab Illustrissima Excellentia Vestra illustrandi, unicum

tantum Volumen suppeditat: Scilicet De Rebus Interregni a morte Sigismundi Augusti Regis. Quod Excellentiae Vestrae Illustrissimae, fideliter exhibetur. Sigismundi Augusti Regis Legationes et Epistolae anni tantum 1563: una cum Decade Epistolarum Stephani Regis; Lipsiae forma 8 excusae: extremis temporibus Augusti tertii Varsaviae residentis, e Zalusciana Bibliotheca concessae sunt Dno Consiliario *Clauder*, qui tunc Majestatis Regiae nomine Epistolas Latinas in Cancellaria Saxonica expediebat. Qui eas nunquam reddidit.

Possevivini Epistolae Vilnae non seorsim prodierunt. Sed exiit ibi ejus Moscovia, plena Epistolis ab ipso, ad Stephanum Regem, Annamque Reginam Poloniae, et ad *Joannem Zamoscium* Cancellarium Supremum scriptis: una cum Ipsorum responsis. Quod opusculum Illustrissimae Excellentiae Vestrae, cum alacritate et fidelitate debita traditur".

Haec sunt, quae *Tecum*, Humanissime Lector, communicanda mihi videbantur.

Scribebam Varsaviae Mense
Junio MDCCCXIX.

S. TH. LINDE.

INDEX AUCTORUM

QVI IN VOLUMINE ISTO RECENSENTUR.

A.

ABREK ANDREAS, Zamoscensis Academiae Rhetor publicus. I.

AGRICOLAE RUDOLPHI Jun. Professoris Cracovien. operum index continuatus atque correctus. II, et CLXIV.

AGRIPPA VENCESLAUS, Eques Lituanius, studiis humanitatis praeftans. III.

ARCEMBERSKI VALENTINUS MATTHIAS, Episcopus Kijoviensis: *Augusti Tertii Regis*, Ordinis Aquilae Albae Instauratoris, Laudator. IV.

B.

BACZKO, vide *Basco*.

BALBUS HIERONYMUS Venetus, Hungariae Regis *Ludovici II* Secretarius Major: Legationibus Polonicis clarus. V.

BANILOWSKI ABRAHAMUS: vide *Elias* Palatinus Valachiae.

- BARTSCIUS FRIDERICUS**, è Societate Jesu, *Sigismundi Tertii* Poloniae et Sueciae Regis Theologus: Smolenscensis expeditionis scriptor. VI.
- BASCONIS GODISLAI** Posnaniensis Custodis, continuati *Chronici Poloniae Boguphali* Episcopi, Editio novissima. VII. a, Externi Codices Mssti. XI. a, et LXXIX.
- BASSANI ANTONIUS** Patavinus, Canonicus Varmiensis, scriptor Itineris Romani *Mariae Casimirae* Reginae Poloniae. VII. b.
- BEG IBRAHIM**, vide *Joannes Strasz*.
- BENEDICTUS** Cosminensis, vide à *Cosmin*.
- BENEDICTUS JOANNES** Lusatus, *Sigismundi* Patris et *Sigismundi Augusti* Filii, Regum Poloniae Medicus, scriptis celebr. VIII.
- BIEL STANISLAUS**, Rector Academiae Cracoviensis: Orator grayis. IX.
- de BNINO PETRUS**, Vladislaviensis Praesul exeuntis Saeculi decimiquinti: Censor *Vincentii Kadlubkonis*, Pontificis Cracoviensis, Chronographi vetterrimi. X.
- BOGUPHALI** Episcopi Posnaniensis, *Chronici Poloniae* recentissima Editio. XI. a. Externi Codices MSSti. Ibid. et LXXIX.
- BORETI MATTHIAE ERNESTI** Prussi, Plantarum in Prussia nascentium interpretaetio Polonica MS. XI. b, et CLXXXIV.
- BORUCKI JOSEPHI** Poloni, litterarium plagium, temporibus nostris insolentissimum. XI. c.
- de BORZYNOW DERSLAUS**: vide *Derslaus*.
- BREGENSIS JOANNIS**, *Chronicon Polonorum* denùo editum. XII. a.

A U C T O R U M.

BREGENSIS Clerici Anonymi, *Chronicon Poloniae et Silesiae* recusum. XII. b.

BRODERICI STEPHANI Illyrici: tractatis in Curia Polonica negotiis publicis clarissimi: Epistolarum MSSarum index continuatus. XIII.

de BRUDZEWO PAULUS: vide *Wladimiri*.

BUZENSKI STANISLAUS, Gnesnensis atque Cracoviensis Canonicus: Archiepiscoporum Gnesnensium, Regnique Poloniae Primatum, Biographus praestantissimus, foràs nondum eductus. XIV.

BYLSKI STANISLAUS, Archidiaconus Premisliensis: Theologus ante medium Saeculi decimi sexti. XV.

C.

CASIMIRUS MAGNUS, Rex Poloniae, *Statutorum* hujus Regni primus Auctor. XVI.

CERASINUS JOANNES, vide *Kirsteyn*.

de CHOTKOWO PETRUS, Plocensis primùm Canonicus Masoviaeque Ducum Cancellarius, postea verò Episcopus Plocensis, scriptis publicis Literis celeberrimus. XVII.

CHROSCESCII STANISLAUS pater et JOANNES filius: Medicus uterque Posnaniensis, scriptis notus. XVIII. a, et b,

CHROSCINSKI ADALBERTUS STANISLAUS, Historicus atque Poëta. XIX. a.

CHROSCINSKI CASPAR, confector indicis legum patriarum. XIX.

CIOLEK ERASMUS, Plocensis Praesul: vide *Erasmus*.

CNAPII GREGORII Masovii, è Societate Jesu, operum notitia aucta. XX. a.

- CORVINI LAURENTII Silesii, opusculorum in Poloniâ editorum notitia aucta. XX. b.
- COSLOVIUS NICOLAUS, vide *Kozłowski*.
- à COSMIN BENEDICTUS, Cracoviensis Academiae Rhetor publicus. XXI.
- COSMIUS JOANNES Polonus, *Sigismundi Augusti* Regis Concionator: magnae auctoritatis Theologus. XXII.
- COSSIRIUS CORIBUTUS, Eques Masovius: Poëta Latinus ante medium Saeculi decimisexti, foràs non emissus. XXIII.
- à COSTEN ALBERTUS, juris Professor Cracoviae. XXIV. a.
- à COSTEN MATTHAEUS, Gnesnensis Metropolitanus Poenitentarius. XXIV. b.
- de CRACOVIA MATTHAEUS Polonus, Theologus atque Orator circa medium Saeculi decimiquinti maximè clarus. XXV. a.
- CRACOVIANUS STANISLAUS. Quisnam sic cognominari voluerit? XXV. b.
- CRACOVIENSE SYNODICON antiquum, foràs nunquàm datum. XXVI.
- CRACOVIENSIS STANISLAUS Dominicanus, Vitae S. *Hyacinthi* scriptor antiquus, in lucem non editus. XXVII.
- CRICIUS ANDREAS, Premisliensis primum, et deinde Plocensis Episcopus: posteaque Gnesnensis Archiepiscopus et Regni Poloniae Primas: Theologus et Historicus, Oratorque atque Poëta: idemque Maecenas aevo suo inclytissimus. XXVIII.
- CUSANUS JOANNES Jurisperitus, Cracoviae hospes. XXIX.

CUSPI-

CUSPINIANUS JOANNES, Urbis Viennae Caesareaeque Bibliothecae Praefectus, ob Legationem Polonicam commemorandus. XXX.

CZARTORYSKI Dux CASIMIRUS FLORIANUS, Archipraesul Gnesnensis et Primas totius Poloniae: sui temporis Theologus atque Orator, Maecenasque summus. XXXI.

de CZECHEL SANDIVOGIUS, vide *Sandivogius*.

de CZELANCZ JOANNES, scriptor *Statutorum Ducatus Masoviae*. XXXII. a.

de CZYRSKO NICOLAUS, auctor *Chronici Ducum Masoviae*, luci nunquam expositus. XXXII. b.

D.

DAMALEWICZ STEPHANUS cognomento VARTA, Canonorum Regularium Calissii Praepositus: Praesulum Poloniae Biographus, aevo superiore clarissimus. XXXIII.

DANTISCI JOANNIS, Episcopi Varmiensis Poëmatum, post *Boehmianam* Editionem repertorum, notitia. XXXIV. Legationum externarum ab ipso obitarum Acta, ubinam reperiantur? Ibid.

DECII JUSTI LUDOVICI, Historiae Polonae scriptoris, notitia correcta auctaque. XXXV.

DEMBOWSKI ANTONIUS SEBASTIANUS, Episcopus Vladislaviensis: patrii Juris publici Auctor ineditus. XXXVI.

DEMBOWSKI NICOLAUS, Antistes Camenecensis, designatusque Archipraesul Léopoliensis: Scriptor Anti-Judaicus. XXXVII.

DEKSLAI Archidiaconi Cracoviensis, Theologi celeberrimi, notitia aucta. XXXVIII.

DLUGOSSII JOANNIS, Canonici Cracoviensis, Histo-

rici inclytissimi, Codicum MSSorum index continuatus. XXXIX.

DLUGOSSUS MICHAEL ERNESTUS, scriptor recens. XL.
à DOBENEK JOEUS, Episcopus Pomesaniensis: Legationibus Polonicis, amorisque in Academiam Cracoviensem documentis, inclytus. XLI.

DOBIELOWICZ STANISLAUS, Chodoliensis Decanus: Vitae S. *Stanislai* Episcopi Cracoviensis Martyris editor recens. XLII. a.

DOGIEL MATTHIAS, Scholarum Piarum Lituanae Provinciae Sacerdos: Codicis Diplomatici Poloniae atque Lituaniae auctor celebris: quando è medio sublatus? XLII. b.

E.

ELIAE Palatini Valachiae ad *Sigismundum Primum* Polonorum Regem Legationes, ubinam reperiuntur? XLIII.

ERASMUS Praesul Plocensis: Regiae Majestatis ad Principes externos Legatus maximus: quando mortuus? XLIV. Legationum suarum Acta, ubinam quaerenda? Ibid.

F.

FALECKI STANISLAUS, Episcopus Theodosiensis et Suffraganeus Gnesnensis; Legationis Polonicae in Concilio Tridentino Consiliarius, scriptis ibi Epistolis commendabilis. XLV. a. et CL.

FALIMIRSKI STEPHANUS, rei herbariae scriptor Polonicus. XLV. b.

FERRERII ZACHARIAE, Episcopi Gardiensis, Apostolicae in Polonia Legationis Acta, ubinam inveniuntur? XLVI. a.

A U C T O R U M.

FONTANUS BALTHASAR ANDREAE, Bibliopola Gedaniensis, cultor linguae Polonicae. XLVI. b.

FREUDENHAMER GEORGIUS Polonus, auctor Tabulae Geographicae Palatinatus Posnaniensis, XLVII.

G.

GARZIAS Hispanus, Cracoviae juris Professor publicus. XLVIII.

GASTOLDUS ALBERTUS, Cancellarius Lituaniae: Auctor Epistolarum de rebus Lituanicis. XLIX.

GISIUS TIDEMANNUS, Varmiae Pontifex: Theologus atque Maecenas illustris. L.

GISIUS TIDEMANNUS alter, Poloniae Regis *Stephani Bathorei* Secretarius: *Christinae Radivilae*, uxoris secundae *Zamoiscii Magni*, laudator. LI.

GORCZYNSKI AQUILINUS MICHAEL, Canonicus Regularis Lateranensis Cracoviae: Historiarum Ordinis sui editor. LII.

GORSKI STANISLAUS, Cracoviensis atque Plocensis Canonicus Cathedralis: Actorum publicorum, sub *Sigismundo Primo* Rege Poloniae, Collector praecipuus. LIII.

GRABOWSKI ADAMUS STANISLAUS, Praesul Varmiensis: selectorum librorum Amator, idemque Epistolarum Scriptor insignis. LIV.

GREGORII VIGILANTII Rutheni *Alexis*, Ecloga iterum edita. LV. LV. a.

GROTOWSKI JOANNES Polonus, Gnesnensium Archipraesulum et Regni Poloniae Primatum Biographus, in medium nunquam productus. LV. b.

I N D E X

H.

HAGENAW JOANNES Prutenus, scriptor *Peregrinationis Vladislai Sigismundi*, Regii Poloniae Principis, foràs non emissus. LVI.

HANKIEWICZ STEPHANUS CASIMIRUS, Eques Polonus, Regnique Tabularii majoris Praefectus: Indicis monumentorum publicorum à Suecis raptorum, redditorumque auctor anecdotos. LVII.

I.

JASTRZEMBIECIUS ALBERTUS, Posnaniensis primum et deinde Cracoviensis Antistes: Gnesnensis tandem Archipraesul atque Primas: Theologus Saeculi decimiquinti exordio celeberrimus. LVIII.

JASTRZEMBIECIUS DERSLAUS, Sandomiriensis primum, et deinceps Cracoviensis Palatinus: extremo autem Cracoviensis Castellanus: virorum doctorum Amator atque Auxiliator maximus. LIX.

JASTRZEMBIECIUS JOANNES, Sandomiriensis primum Castellanus, et deinde Cracoviensis Palatinus, Orator summus. LX.

JOANNICIUS GAERIEL, Cracoviensis Professor Medicus, editis libris alienis propriisque clarus, LXI.

JOANNIS PRIMI, Hungarorum Regis, Acta secreta ubinam quaerenda? LXII.

JOANNIS Archidiaconi Gnesnensis, *Chronici Poloniae* novissima editio. LXIII. a. Externi Codices MSSi. XI. a, et LXXIX.

JOSEPHOWICZ JOANNES THOMAS, Leopoliensis Metropolitani Canonicus: scriptor *Historiae Ar-*

chiepiscopatus Leopoliensis, nondum in lucem editus. LXIII. b.

ISABELLÆ Hungarorum Reginae viduae, Acta secreta, et Epistolae secretiores, ubinam Inveniantur? LXIV,

K.

KANON ANDREAS, è Societate Jesu Prov. Pol. egregius Poëta, sed mediocris Orator. LXV.

KARWACKI MATTHIAS, è Societate Jesu Prov. Lit. scriptor Grammaticae Graecae. LXVI.

KARWICKI STANISLAUS DUNIN, Nobilis Polonus: auctor politicus ineditus. LXVII.

KEYSERLING Comes HERMANNUS CAROLUS è Gento Curonum, Imperii Russici in Regno Poloniarum Legatus maximus et inclytissimus. LXVIII.

KIRSTEIN JOANNES Silesius: Cracoviae Juris Magdeburgensis Advocatus Ordinarius: edito opusculo suo, eruditorumque virorum amicitis, cognitus. LXIX.

KOSZIRSKI KORYBUTH: vide *Coributus Cossirius*.

KOT VINCENTIUS, Gnesnensis Archiepiscopus et Primas: Theologus atque Orator circa medium Saeculi decimiquinti maximè celebris. LXX.

KOTOWICZ ALEXANDER MICHAEL, Praesul Vilmensis: Author Litterarum Pastoralium. LXXI.

KOZŁOWSKI NICOLAUS, Cracoviensis Canonicus Cathedralis, idemque Cracoviensis Academiae Theologus atque Orator in Concilio Basileensi clarissimus. LXXII.

KRETZMER JOANNES, Cathedralis Varmiae Decanus: scriptor Vitarum Episcoporum Varmiensium. LXXIII. a.

I N D E X

de KROKOW MATTHAEUS: vide *Matthaeus de Cracovia*.

KRZYCKI ANDREAS: vide *Cricius*.

de KUKURSINO ANDREAE, Archidiaconi Cathedralis Cracoviensis, Theologi celebris, notitia correctae auctaque. LXXIII. b.

L.

LADOWSKI MATHIAS MARCIANUS, Eques Polonus, et Tabularii majoris in Regno Poloniae Praefectus, operum fama notissimus. LXXIV.

LAMCHONIUS JOANNES Teutonius, Posnaniensi in Gymnasio Professor Matheseüs. LXXV.

LANCZUT JOANNES Rokolanus, Cracoviensis Academiae Mathematicus ordinarius. LXXVI.

LASOCKI NICOLAUS, Cracoviensis Canonicus: Orator excellens ante medium Saeculi decimiquinti. LXXVII.

LATOSZYNSKI Joannes, Cracoviensis itidem Canonicus: scriptor Prognostici, Saeculo decimoquinto exeunte. LXXVIII.

LECHITARUM et Polonorum Chronici Magni Codex Vaticanus. LXXIX.

LESZCZYNSKI RAPHAEL, Episcopus Plocensis: Statuti Masovitici contra *Lutheri* sequaces, Auctor atque Executor praecipuus. LXXX.

LITUANICARUM Genealogiarum anonymus scriptor Polonicus, nondum in lucem emissus. LXXXI.

LITUANUM Statutum: vide *Leo Sapieha*, et *Folhyniae Ducatus*.

LONGINUS JOANNES, Cracoviensis Canonicus: rerum omnium Polonicarum Auctor illustris: vide *Długossus*.

LUBIENIECKI JOANNES DAMASCENUS, Episcopus Baccoviensis: Auctor Historiae Episcopatus sui, non editus. LXXXII.

LUBOMIRSKI Princeps ANTONIUS BENEDICTUS, Gladifer Regni: Orator Polonicus: commemoratus sub vocabulo *Zaluski*, CLXXVI. a.

LUBOMIRSKI Princeps GEORGIUS SEBASTIANUS, Regni Mareschalcus Supremus, copiarumque Dux Campestris: Scriptor politicus lingua Latina et Polonica. CLXXVI. b.

LUBOMIRSKI Princeps STANISLAUS HERACLIUS, Regni itidem Mareschalcus Supremus: Philosophus, Orator atque Poëta, Latino ac patrio sermone. CLXXVI. c.

LUBOMIRSKI Princeps THEODORUS, Palatinus Cracoviensis: Orator idiomate patrio. CLXXVI. d.

LUBOMIRSCII Principes: hujus tempestatis Oratores lingua vernacula: laudati ibidem.

LUDOVICI SECUNDI, Hungariae atque Bohemiae Regis, Acta secretiora ubinam reperiantur? LXXXIII.

M.

MARTINI GALLI, *Chronici Poloniae* Editio nova. LXXXIV. a.

MEIBOMII FRIDERICI, Gutstadiensis Canonici, scriptorum index continuatus. LXXXIV. b.

MIESZKOWSKI PETRUS, Archidiaconus Varsaviensis, scriptor politicus. LXXXV.

de MILIS JOANNIS, Assertio jurium *Vicoldi Magni*

- Ducis Lituan. contra Cruciferos Prutenos MS.
LXXXVI. a.
- MISCOVII GEORGII, Gnesnensis atque Cracoviensis Ca-
nonici notitia aucta. LXXXVI. b.
- MŁODZIEIOWSKI ANDREAS STANISLAUS KOSKA, Po-
snaniensis Episcopus et Regni Cancellarius Su-
premus: Epistolarum Pastoralium Scriptor, Mae-
cenasque inclytus. LXXXVII.
- de MNISZEWO NICOLAUS, Canonicus Plocensis atque
Cancellarius Ducatus Masoviae, conscriptis Actis
publicis illius Ducatus clarissimus. LXXXVIII.
- MYSZKOWSKI GEORGIUS, vide *Miscovius*.

N.

- NACORSUS VARMISIUS, vide *Varmisius*.
- NAGELL JOANNES FRIDERICUS, lingue Germanicae in
Academia Cracoviensi Professor publicus
LXXXIX.
- NAKORS Warmisz, vide *Varmisius*.
- NAYMAN MATTHAEUS, vide *Matthaeus de Craco-
via*.
- NICOLAI LAURENTIUS Norvegus Soc. Jesu, Vilnae Pro-
fessor Theologus, publicatis in Polonia operibu
celeber. XC.
- NICOLAUS ARMENUS, *Sigismundi Augusti*, Regi
Poloniae, in Aula Constantinopolitana Interpre-
scriptis ad Regem illum Epistolis cognitus. XCI.
- NIESIECKI CASPAR, è Societate Jesu Prov. Pol. uni-
versae Nobilitatis Polonicae Genealogus abso-
lutissimus. XCII.
- NIGER STANISLAUS, Medicus Polonus, vide *Chro-
sceski*.

NIPSSICZ NICOLAUS, Eques Polonus, externis Legationibus clarus. XCIII.

NISZCZYCKI ANDREAS, Palatinus Plocensis; Legationibus Masoyiticis longè clarissimus. XCIV.

NISZCZYCKI STEPHANUS, Regii Cubiculi Praefectus, Latina eloquentia insignis. XCV.

NORVEGUS LAURENTIUS, vide *Nicolai*.

NOSKOWSKI ANDREAS, Plocensis Antistes: exquisitorum librorum, doctorumque virorum Amator singularis. XCVI.

O.

OCIESKI JOANNES, Cancellarius Regni Poloniae: Legationibus externis: dictis Orationibus, scriptisque Litteris publicis: clementiae etiam atque civilitatis in doctos homines documentis, celeberrimus. XCVII.

OCZKO ALBERTUS, Poloniae Regum, *Sigismundi Augusti Stephaniue Bathorei*, et *Sigismundi Tertii* Medicus, edito opere celebr. XCVIII.

OLESNICKI SBIGNEUS Senior, S. R. E. Presbyter Cardinalis et Episcopus Cracoviensis: Epistolarum historico-ecclesiasticarum Auctor: idemque et Orator, et Maecenas, Saeculi decimiquinti medio maximè inclutus. XCIX.

OLESNICKI SBIGNEUS Junior, Cracoviensis Cathedral. Scholasticus et Regni Procancellarius, ad extremum Gnesnensis Archiepiscopus Regniue Primas: publicarum Litterarum Scriptor: idem etiam Orator atque Maecenas, Saeculi decimiquinti exitu celebratissimus. C.

OSTROROGORUM JOANNIS, Senioris Castellani Medirecensis: *Stanislai* itidem Senioris Calissiensis Castellani: ac *Stanislai* Junioris Castellani Medirecensis, operum notitia aucta. Cl.

P.

PACII NICOLAI STEPHANI, Antistitis VILNENSIS, Epistola Pastoralis. CII. a.

PADNIEVII PHILIPPI, Praesulis Cracoviensis, operum index continuatus. CII. b,

PAPROCKI BARTHOLOMAEUS Eques Polonus, Nobilitatisque Polonae Genealogus clarissimus, patriae exul. CIII.

PASCO, vide *Basco*.

de PERUSIO CASPARIS, Assertio jurium *Vladislai Jagellonis* Regis Pol. et Supremi Ducis Lit. contra Ordinem Cruciferorum in Prussia MS. CIV.

PETRYKOWSKI FRANCISCUS, Sandecensis Custos scriptor Vitae S. *Cunegundis*, Reginae Poloniae et Patronae. CV.

PLASTWIG JOANNES, Decanus Varmiensis: auctor Chronici Episcoporum Varmiensium. CVI.

de PLAZA THOMAS, S. *Stephani* Cracoviae Praepositus: *Vapoviani* Fragm. editor. CVII.

PLISCIUS ANDREAS, Parochus Niessoviensis, ecclesiastica facundia plurimum pollens. CVIII.

PLOTOWSKI PAULUS, Cathedralis Varmiae Praepositus, obitus Legationibus Prutenicis commendatissimus. CIX.

PRUSSICARUM Genealogiarum auctor anonymus lingua Polonica: post medium Saeculi decimiseptimi: nondum in publicum productus. CX.

A U C T O R U M.

PUDLOWSKI JOANNES, Nobilis Polonus: Orator audax et temerarius. CXI.

R.

RADZIMINSKI MARTINUS, Cracoviensis Academiae Chronographus optimus, in lucem nondum editus. CXII.

RADIVILIANAE Bibliothecae memorabilia ubinam exponantur? CXIII. a.

RAKWIC JOANNIS Lituani ALCO, Ecloga recusa. CXIII. b.

RIMPLER MARTINUS FLORIANUS Silesius, laudator S *Hedwigis* Polonorum et Silesiorum Patronae CXIV.

ROSARIUS HIERONYMUS, Apostolica in Regno Poloniarum Legatione cognitus. CXV.

ROSENBERGER NICOLAUS, Nobilis Polonus, Germanica Legatione notus. CXVI.

ROSSI CASPAR Perusinus, videatur de *Perusino*,

ROZDRAZOWSKI Comes MICHAEL, Poëta Epicus, foràs non productus. CXVII.

RUDAWSKI LAURENTIUS JOANNES, Olomucensis atque Varmiensis Canonici: Annalium Polonicorum Regnante *Joanne Casimiro*, auctor percelebris. CXVIII.

RZEPNICKI FRANCISCUS, è Societate Jesu Prov. Pol. Maj. Praesulum Poloniae universae Biographus recentissimus, CXIX.

S.

SANDIVOGIUS de CZECHEL, Canonicus Gnesnensis: Saeculi decimiquinti Theologus clarissimus. CXX.

I N D E X

- SANOCEUS** GREGORIUS, Leopoliensis Archipraesul:
aevi ejusdem Orator et Poëta, idemque Maecenas inclytus. CXXI.
- SAPIEHA** LEO, Magni Ducatus Lituaniae Cancellarius: Statuti Lituani Corrector et Editor illustris. CXXII.
- SAPIEHA** CASIMIRUS LEO, Magni ejusdem Ducatus Procancellarius: Vilmensis Academiae Maecenas summus. CXXIII.
- SAPIEHA** COMES GEORGIUS, Magni Ducatus Lituaniae Dapifer, Copiarumque Lituanicarum Chiliarchus: militari facundia celebr. CXXIV.
- SAPIEHA** COMES PAULUS FRANCISCUS, Episcopus Samogitiae, Abbas Paradisiensis: ecclesiastica eloquentia clarus. CXXV.
- SAPIEHA** COMES JOANNES FRIDERICUS, Cancellarius Magni Ducatus Lituaniae: Saeculi hujus scriptor, Maecenasque maximè inclytus. CXXVI.
- SAPIEHA** COMES JOSEPHUS STANISLAUS, Episcopus Coadjutor Vilmensis: ejusdem Temporis Maecenas, *Sapiehanaeque* Bibliothecae in Urbe Vilna Conditor celebratissimus. Ibid.
- SAPIEHA** COMES MICHAEL, Magni Ducatus Lituaniae Procancellarius carminis vernaculi Auctor excellens. Ibid.
- SAPIEHANAE** Bibliothecae praestantia. CXXVII.
- SATYRUS** RUDIS, Carmen Macaronicum Latino-Polonicum. CXXVIII.
- de **SCARBIMIRIA** JOANNES, primus omnium è Gente Polonica Cracoviae Professor Theologus. CXXIX.
- de **SCARBIMIRIA** JOANNES Junior, primus omnium è Gente eadem Cracoviae juris pontificii Interpres. CXXX.

- de SCARBIMIRIA STANISLAUS, Canonicus Cracoviensis: exorientis Saeculi decimiquinti Theologis praecipuis accensendus. CXXXI.
- SCARBIMIRIENSIS CASPAR, scriptor alchymicus. CXXXII.
- SCHELIGA ALBERTUS, vide *Szeliga*.
- SCHNEEBERGER ANTONIUS Helvetius, Urbis Cracoviae Medicus, editis ibi scriptis clarissimus. CXXXIII.
- SCZYGIELSKI STANISLAUS, Abbas Benedictinus Trocensis: historiarum Ordinis S. *Benedicti* scriptor celebris. CXXXIV.
- SHAMOTULIENSIS MATTHAEUS, Professor Cracoviensis, quam mortem obierit? CXXXV. a.
- SIECIECHOWSKI VALERIANUS SBILUTUS, Genealogiarum Plebeiarum auctor pseudonymus idiome Polonico, in lucem nunquam educendus. CXXXV. b.
- SIEMEK CASPAR, Eques Polonus: scriptor politicus. CXXXVI.
- SIEMIENOWICZ CASIMIRUS, Eques Lituanus: Pyrotechniae auctor celeberrimus. CXXXVII.
- SIENNIK MARTINUS, Medicus Cracoviensis, scriptor Botanices lingua Polonica. CXXXVIII.
- SINAPII MICHAELIS ALOYSII Hungari, Domus *Radivillianae* Medici, scriptorum index continuatus. CXXXIX. a.
- SIXTI ERASMI, Medici Leopoliensis, scriptorum notitia aucta. CXXXIX. b.
- SKUMINOWSKI THEODORUS, Albae Russiae Proëpiscopus: Theologus atque Jurisconsultus praeclarus. CXL.

INDEX

- SLONKOWICZ MARTINUS, Cracoviensis Professor
linguae Hebraicae. CXLI.
- SNEEBERGER ANTONIUS, vide *Schneeberger*.
- SOPHIA Ruthena, Regina Poloniae, Musis amica.
CXLII.
- SOSZYNSKI JOANNES AMPLIAS, Eques Polonus: scri-
ptor politicus. CXLIII.
- SPIESZHAMMER JOANNES, Caesareus in Regia Aula
Polonica Orator: vide *Cuspinianus*.
- STANISLAUS Clericus Regius: primus auctor car-
minis Polonici, in connubium Regale. CXLIV.
- STANISLAUS CRACOVIANUS: vide *Cracovianus*.
- STATUTA Masoviae: vide *Petr. de Chodkowo, Joan-*
de Czelandz, Raph. Leszczyński, Steph. Wo-
dyński, et Nicol. Zukowski.
- STATUTA Poloniae veterrima: vide *Casimirus M.*
Rex.
- STATUTUM Lituanum: vide *Leo Sapieha, et Vol-*
hyniae Ducatus.
- STEPHANIDES ADAMUS, Cracoviensis Academiae
Rhetor. CXLV. a.
- STEPHANIDES MELCHIOR, Canonicus Leopoliensis:
editor diversorum Opusculorum, de componen-
dis inter Ordinem Ecclesiasticum et Saecularem
Controversiis. CXLV. b.
- STEPHANI, Varsaviensis Praepositi, Masoviaeque
Cancellarii, notitia aucta et correcta. CXLVI.
- STOESSEL SIGISMUNDUS CHRISTOPHORUS, Custos Varmi-
ensis: Historicus. CXLVII.
- STRASZ JOANNES Polonus, apostata: Portae Fulgidae
Interpres summus: scriptis cognitus. CXLVIII.
- STREMPINIUS THOMAS, Episcopus Cracoviensis; The-
ologus atque Jurisconsultus: idemque Maecenas

post medium Saeculi decimiquinti maximè celebris. CXLIX.

SULEIOVIENSIS Abbatiae Ord. Cisterciens. Bibliotheca memoratu digna. XLV. a, et CL.

SYNODICON Cracoviense, vide *Cracoviense Synodicon*.

SZCZYGIELSKI STANISLAUS, vide *Szczygielski*.

SZELIGA ALBERTUS, Varsaviensis Medicus: Patavii *Hieronymi Mercurialis* auditor, operisque ejus editor. CLI.

SZPOT COMES PETRUS DUNIN, Scriptor politicus. CLII. a.

SZPOT IGNATIUS DUNIN, è Societate Jesu Prov. Pol. Historicus ineditus. CLII. b.

T.

TARŁO PAULUS, Archiepiscopus Leopoliensis: Auctor Statutorum Synodaliū Leopoliensis Provinciae, Metropolitanae idemque Roxolaniae Maecenas aetate sua praecipuus. CLIII.

TARŁO PETRUS { Episcopi Posnanienses: Scriptores
TARŁO JOANNES } Epistolarum Pastoralium. CLIV. a.

TARŁO JOANNES, Palatinus Sandomiriensis: Orator et Maecenas inclutus. CLIV. b.

TEMBERSKI STANISLAUS, Premisliensis Canonicus Cathedralis: Historicus atque Orator. CLV.

TRABA NICOLAUS, Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopus et Primas: veterum Statutorum Synodaliū Provinciae Metropolitanae suae Corrector, novorumque Conditor inclutissimus. CLVI.

V.

- VARMIENSIS Ecclesiae Cathed. Monumenta Sepulchralia MSStà. CLVII.
- VARMISIUS NACORSUS, Chronographus Polonicus Saeculi VI suspectus. CLVIII.
- VARTA JOANNES, scriptor Lexici Latino-Polonicus. CLIX.
- VARTA STEPHANUS DAMALEVICIUS, vide *Damalewicz*.
- VASTOVIVS JOANNES SUECUS, *Sigismundi Tertii* Poloniae et Sueciae Regis Bibliothecarius. CLX.
- de VEGA EMMANUEL Lusitanus Soc. Jesu, Vilmensis Academiae theologiae Professor: libris ibi editis, ac discipulis clarus. CLXI.
- VITELLIUS ERASMUS, Plocensis Praesul: vide *Erasmus*.
- VOLADIMIRUS PAULUS, vide *Wladimiri*.
- VOLHYNIÆ Ducatus Statutum Ruthenicè. CLXII.
- URSINUS JOANNES Polonus, Cracoviensis Academiae Rhetor publicus; Saeculo decimoquinto exornatus. CLXIII.
- URSINUS VELIUS CASPAR Silesius, Poëta Latinus: Cracoviensis Academiae alumnus: celebrandi Nominis Polonici studiosissimus. CLXIV.
- URSIVS JOANNES ROXOLANUS, mathematicae ac physicae in Academia Zamoscensi Professor publicus. CLXV.
- URSVS JOANNES PRUTENUS, Cracoviensi in Academia Professor eloquentiae, ante medium Saeculi decimiseximi. CLXVI.
- VRZENDOVIVS MARTINUS, Comitatus *Tarnovii* Medicus: Herbarii Polonici auctor celebris. CLXVII.

W.

- W. s. Scriptor vetus carminis Polonici, in connubium Regale, litteris illis indicatus. CLXVIII.
- WARMISZ NAKORS, vide *Varmisius*.
- WARTA JOANNES, vide *Varta*.
- WASOWSKI BARTHOLOMAEUS NATHANAEL, Societatis Jesu Theologus atque Mathematicus. CLXIX.
- WILAMOWSCII, JOANNES Episcopus Camenecensis, et JACOBUS Gubernator Boleslaviensis: externis Legationibus clarissimi. CLXX.
- WLADIMIRI PAULUS de Brudzewo, Cracoviensis Cathedralis Custos et Canonicus: Cracoviensisque Academiae Theologus atque Jurisconsultus: Constantiensi in Concilio summae auctoritatis Lagatus. CLXXI.
- WOBE MARTINUS FRANCISCUS, auctor Pinacothecae *Radivilianae*. CLXXII.
- WODYNSKI: vide *Stephanus*, Varsaviensis Praepositus.
- WOLSKI MARTINI, Equitis Poloni: Historici atque Oratoris: notitia aucta. CLXXIII.
- WONSOWSKI BARTHOLOMAEUS NATHANAEL, vide *Wasowski*.
- WRANTII ANTONII Dalmatae, Cathedralis adhuc Transylvaniae et veteris Budae Praepositi, Hungariaeque Secretarii Nati: *Isabellae Jagellonicae* Hungarorum Reginae viduae, totique Regiae Domui *Jagellonicae*, et universae Genti Polonae deditissimi: monumentorum index continuatus. CLXXIV.

Z.

- ZADZIK JACOBUS, — Culmensis Antistes et Regni Can-

INDEX AUCTORUM.

cellarius, postremò Cracoviensis Pontifex: publicarum Litterarum Auctor, idemque Maecenas celeberrimus. CLXXV.

ZALUSKI Comes JOSEPHUS ANDREAS, Episcopus Kioviensis: Bibliothecae Varsaviensis publicae Conditor, idemque *Bibliothecae Polonae* Scriptor maximè illustris. CLXXVI.

ZALUZIANSKY ADAMUS Bohemus: Methodi Herbariae auctor clarissimus: Polonus ab hujus temporis scriptoribus putatus. CLXXVII.

ZAMBOCKI JOANNES, Eques Masovius: historiae patriae scriptor, nondùm editus. CLXXVIII.

ZAMOISKI JOANNES, Praesul Bacoviensis, cultor linguæ Valachicae. CLXXIX.

ZBOROWSKI DERSLAUS: vide *Derslaus*.

ZELECHOWSKI BENEDICTUS, Zamoscensi in Academia juris provincialis Saxonici Interpres. CLXXX.

ZENOWICZ CHRISTOPHORUS, Brestensis in Lithuania Palatinus: Scriptor Epistolarum de rebus patriis. CLXXXI.

ZUKOWSKI NICOLAUS, Varsaviensis Praepositus, Masoviaeque Ducum ultimorum Cancellarius, scriptis publicis Litteris notissimus. CLXXXII.

ZYDOWSKI ADAMUS, Eques Polonus: juris forensis Scriptor, idemque Maecenas celeberrimus. CLXXXIII. a.

ZYDOWSKI ANDREAS, Eques Polonus: scriptor aegumenti moralis. CLXXXIII. b.

ZYDOWSKI MATTHIAS, Eques Polonus: defensor publicae Theologi Poloni, contra Anglum quendam. CLXXXIII. c.

IANOCIANA

S I V E

CLARORUM ATQUE ILLUSTRUM POLONIAE

AUCTORUM MAECENATUMQUE,

MEMORIAE MISCELLAE.

VOL. III.

1.

ANDREAS ABREK patriam habuit Urbem Leopolim. Ingenium atque animum in Academia Cracoviensi erudit. Ibi nactus est Doctoris utriusque iuris insignia. In Zamoscensi autem Academia rhetoricen et poëticen ipse docuit. Ubi etiam muneris gratia Orationes haud paucas dixit atque publicavit. In quibus ea praestat caeteras, quae sic est inscripta: ECHO CHARITUM ACADEMICARUM, immortalis memoriae Heroibus JOANNI et THOMAE ZAMOSCHIS, ob singularia erga ACADEMIAM ZAMOSCENSEM,

IANOCIANA VOL. III.

per eosdem fundatam et auctam beneficentia, ad primarium lapidem, quem anno MDCXXXIX, die XXVII. mensis Augusti, Illustrissima CATHARINA ZAMOSCIANAE Ducissa Ostrogii, Comitissa in Tarnobrzegu Regni Cancellaria, Knyszyn. Sokal. etc. Capitanea, unà cum magnae spei Filio, JOANNE Capiteo Kalusiensi Academicis solenni ritu imponebat, excitata. In Officina Typographicae Academiae Zamoscensis imprimebat ALEXANDER PAWŁOWICZ 1639. Folii magnitudine. Haecce enim Oratio, turgida licet dissimilique stylo sit conscripta; illius tamen Academiae fata haud iniucunde exponit: eiusque Professores, doctrina et scriptis cognitos, accuratè recenset.

Idem ABREK Carmina multa extemporalia, aevi sui Maecenatibus, obtulit. Quae enumerare, mihi nunc molestum Lectoribusque meis tædiosum esset.

II.

RUDOLPHI AGRICOLAE * Junioris Professoris Cracoviensis, Carmen Coniugal-nubiale ad SIGISMUNDUM PRIMUM Regem et BONAM SFORTIAM Reginam Poloniae ab aevi ejus scriptore clarissimo, Jodoco Ludovico Decio, in Epistola illa qua, Diarium Nuptiale SIGISMUNDI PRIMI

Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis
Barensis, Petro TOMICIO Episcopo Pre-
misliensi Regnique Poloniae Procancel-
lario, sacrum esse iussit: ut poëma grave,
praedicatur. Cuius exemplar, aetate no-
stra, neque typis excusum, neque ca-
lamo descriptum, in Bibliothecis Polo-
nicis reperiri potest.

* Quem, in JANOCIANORUM Volumine I. num: II.
p. 6. — 14 produximus.

AGRICOLAE ejusdem, Epigramma in
laudem JODOCI LUDOVICI DECH, Secretarii
Regii: memorato ipsius Diario ** Nu-
ptiali est praemisum.

** Cracoviae, ex aedibus *Hieronimi Vietoris*,
anno MDXVIII, forma 4, in vulgus prolato.

Non autem AGRICOLAE, ad Joachimum
VADIANUM: sed VADIANI huius, ad AGRI-
COLAM illum, Epistola *** de Locorum
nonnullorum apud Autores veteres ob-
scuritate, Viennae Austriae per JOANNEM
SINGRENIUM. anno Domini MDXV, forma
4, seorsim excusa fuit. Eademque: JOA-
CHIMI VADIANI Commentariis, in POMPO-
NII MELAE de Orbis Situ libros tres, annexa;
Basileae, apud ANDREAM CRATANDRUM,
mense Januario anni MDXXII, folii ma-
gnitudine prodiit.

*** In JANOCIANORUM Volumine I. num: II. p:
10 sq. erravimus: seducti *Michaëlis Maittaire*:

Annalium Typographicorum Tomi Secundi Parte Priori, p. 267, et Tomi Quinti Parte Priori, p. 15. Commemoratur enim Epistolae Editionem Viennensem: illustri cuidam viro ad legendum concessam: inspicere atque examinare nequivimus.—

Praefert Epistola ista in Basileensi Editione titulum eiusmodi: JOACHIM VADIANI Helvetii, poetae Laureati, ad Rudolphum Agricola Juniores Rhetum, epistola *. In qua, Locorum sequentium fit Explicatio: Quid PRIMUM capite secundo libri septimi per Dodrartem intelligat, ubi de Pygmaeis scribit: et ibidem de Pygmaeis pulchra. Quid idem per unciam capite decimo sexto intelligat, cum Gabbarem scribit longitudinem habuisse novem pedum, et totidem unciarum. Locus Persii: Si corstam longo etc. ex Satyra prima. De Antipodibus, quod sint, et quomodo sint: pulchra disputatio. Quae causa Augustinum ad negandum Antipodas esse impulerit, et an rectè negaverit. An Lactantio in Antipodum refutatione adhibenda sit fides: et inibi quam temerè aliquando idem autor, de rebus non satis sibi compertis disseruerit. Macrobius et priscos ferè in Antipodum situ lapsos fuisse. De lacu Acronio, et Veneto, quos Rhenus fundit,

pulchra: et quod apud *Melam* libro tertio, non *Acromus*, sed *Acronius* legendum sit. Praeterea: locus *Lucani* ex librō sexto de *Dorio*. Locus *VIRGILI* ex primo *Georgicorum*, de vertice *Austrino*. Cui, *RUDOLPHI AGRICOLAE Junioris Rheti*, ad *Casparem Velium Ursinum* * *Silesium*, insignem Poëtam, Epistola ** praefixa est.

* *Viennae Austriae* exarata anno MDXII.

** *Agricolae ac Vadiano* amicitia et necessitudine conjunctissimum.

*** *Viennae* XIII. Kalendas *Julias* MDXIII. data.

CASPARIS VELII URSINI *Silesii*, *Variorum Carminum Liber*, per *Rudolphum Agricolam* †* *Juniorem Rhetum*, *Viennae Austriae* typis *Joannis Singrenii*, anno MDXVII, forma 4 editus: eiusdemque *Ursini*, *Epigrammatum De Variis Rebus Liber*, per *Agricolam* †** eundem, locoque et anno eodem, forma simili divulgatus: obtineri à *Comite Zaluscio* *Episcopo Kiioviensi*, publicae *Bibliothecae Varsaviensis* *Conditore*, non potuerunt.

†* Annotante *Martino Hankio*, vitae *Ursini* scriptore.

†** Perhibente eodem *Hankio*.

III.

VENCESLAUS AGRIPPA *, Eques Lituanus cultissimus, doctissimusque. Cuius elegans *Oratio funebris*, de Illustrissimi Principis et Domini, Domini JOANNIS RADZIVILI, Olicae et Nesvisii Ducis, vita et morte scripta MDLIII. forma 8, sine typographi locique mentione, in publicum exiit **.

* Meminit illius *Albertus Viuk Koiałowicz* in *Nomenclatore Familiarum Litvanicarum* Mstislaw. p. m. 76,

** Addita ei est Narratio scripta à fide digno de Valachorum Tyrannis; quæ ostendit, Turcicos Tyrannos non solum crudelitate, sed etiam astucia magna et fraudibus grassari. *Ipsius initium*: „Valachia, regio meridionalis populosa, „et bellatrix, amoenissimo loco egregie sita „est. Ea Regibus Poloniae multis annis erat fe- „dalalis etc.

IV.

VALENTINUS MATTHIAS ARCEMBERSKI Nobilis Poloniae Maioris, Gnesnensisque Ecclesiae Metropolitanae atque Varsaviensis Insignis Collegiatae Canonici Panegyrico, Regi Polonorum AUGUSTO secundo, Heroici Ordinis Aquilae Albae Instauratori, dicto ** Copriunicensensi Abbatiam meruit. Quam brevi, Regi

iussu, cum Sieciechoviensi opulentiore commutavit. Posnaniensem praeterea Cathedralē Praeposituram à Rege illo beneficentissimo accepit. Tandemque ab eo Episcopatum Kioviensem assecutus est. Cui sexennio haud integro praefuit. Florida enim vegetaque aetate, fato est functus, anno Salutis Reparatae MDCCXVII. De Arcemberscio isto Episcopo, egerunt *Caspar Niesiecki*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo I, p. 23; *Carolusque Nepomocenus Orłowski*, in vernalculo Chronico Palatinatus atque Episcopatus Kioviensis, p. 102 sq: et *Christianus Theophilus Friesius*, in Commentatione Brevi, de Episcopatu Kioviensi, ejusque Praesulibus, p. 95 sq: et *Franciscus Rzepnicki*, in Vitis Praesulum Regni Poloniae, Tomo III, p. 138.

* Maiores ejus, Pomeraniae incolae, *Arcembergii* appellabantur.

** Varsaviae, è typographia Regii Collegii Scholarum Piarum, anno MDCCVI. foliis integris edito: inventu in Polonia ipsa rarissimo. Exemplar Zaluscianae Bibliothecae publicae, ab externo Heroë ac Litteratore: cui olim in Varsaviensi Curia agenti Zaluscus Antistes ipse concessit: nondum est restitutum.

V.

BACZKO, Posnaniensis Custos Cathedralis; Chronographus domesticus post medium Saeculi XIII. vide BASCO.

Hieronimus Balbus Venetus, Posnaniensis in Hungaria Praepositus *, mense Aprili anni MDXVIII, Cracoviae SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis et Bonae Sfortiae Ducis Barensis nuptiis, Regni Hungariae Procerum Legatus, interfuit. Isque Hymnum ** elegantem confecit: qui in Templo Cathedrali canebatur, cum Bonae Reginae diadema imponeretur. Idem *Balbus*, anno MDXIX ineunte, ut Secretarius Maior LUDOVICI Secundi Hungariae Regis, iussu eius, apud SIGISMUNDUM Primum Regem Poloniae Patrum suum, Legatione gravi functus est. Cujus argumenta potiora, à *Stanislao Gorscio*, Canonico Cracoviensi atque Plocensi, in SIGISMUNDI PRIMI Actionum Regiarum Volumine III. exemplaris illius, quod ad Bibliothecam Academicam Cracoviensem pertinet: p. 472-483, copiosè exponuntur. De *Balbo* illo, Gurgensi postea Episcopo creato ***, e *Zaluscianae* Bibliothecae monumentis nondum editis, secretiora quaedam narranda essent: quae nunc pronuntiare tam infirmus ego nequeo.

* Antea Ordinis Praedicatorum, in Provincia Veneta, Theologus. Interque Scriptores Ordinis Praedicatorum clarissimos, à *Jacobo Quetif* atque à *Jacobo Echard*, Tomo II. p. 78—80 merito collocatus. A quibus *Balbi* hujusce Opera foras data, accurate recensentur.

** Laudatum à *Jodoco Ludovico Decio*, in Epistola illa, qua *Petro Tomicio*, Premisliensi tunc Antistiti Regnique Poloniae Procancellario, Diarium Nuptiale Sigismundi Primi Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis Barensis, dedicavit.

*** Favore *Caroli* Quinti, Romanorum Imperatoris: cui *Balbus* iste erat maxime acceptus.

Abrahamus Banilowski, Valachorum Principis in Polonia Legatus: vide: *Elias* Valachiae Palatinus, et *Joannes Ocieski* Poloniae Cancellarius.

VI.

FRIDERICI BARTSCHII Brunsbergensis, è Societate Jesu, Theologi SIGISMUNDI III Poloniae ac Sueciae Regis: in excerpti *Polonicae Literaturae* Vol: I, num: VII. p. 23—26, à nobis commemorati: Scriptis addendae sunt, de expeditione Smolenscensi, sub ipso Serenissimo et Invictissimo Principe, Domino SIGISMUNDO III Polonorum et Suecorum Rege, ad Illustrissimum et Reverendissimum Do.

minum *Simonem Rudnicki* *, Episcopum Varmiensem, Epistolae IV autographae. Quae Heilsbergae in Bibliotheca Episcopali adhuc servantur: annotante *Zaluscio* Antistite Kioviensi, in Codicum MSSorum, alienis in Bibliothecis, à se ipso visorum ac perlectorum, Indice Altero, p. 2 b.

* Epistolae à Rege ipso, ad Praesulem illum, sibi acceptissimum, exaratae: Varsaviae in *Zalusciana* Bibliotheca publica inveniuntur.

VII.

a. **GODISLAI BASCONIS** *, Posnanien-
sis Custodis Cathedralis, *Chronicon Boguphali Episcopi continuatum*: juxta Exemplar *Sommersbergianum*: in *Mizlerianae* Collectionis, Scriptorum Historiae Polonae ac Lituanæ, Tomo III posthumo, eoque acephalo, p. 145 — 163, rursùs editum est.

* De quo, in *Janocianorum* Volumine II, num: IX, p. 11 — 14, diximus.

b. **ANTONIUS BASSANI** Patricius Patavinus, ab **INNOCENTIO XI** Romano Pontifice Maximo pileum purpureum, Cardinalitiae dignitatis primum insigne, *Michaeli Radzieio* Varmiae tum Principi et Antistiti, simulque Regni Polo-

niae Procancellario, attulit. A quo, ob acre et ad omnia promptum ingenium, mox in amicitiam et familiaritatem intimam arreptus: inque Varmiensium Canonorum Cathedralium numerum aggregatus est. BASSANI ille lingua Italica librum * conscripsit, cui titulus: Viaggio a Roma della Sacra Reale Maestà di Maria Casimira Regina di Polonia, Vedoua dell' Inuittissimo Giovanni III. per il voto di visitare i Luoghi Santi, et il Supremo Pastor della Chiesa Innocenzo XII. All' Eminentissimo e Reverendissimo Signor Cardinale Barberino, Protettore di quel Regno. In Roma, nella Stamparia Barberini impresso Domenico Antonio Ercole in Partione. MDCC. 4.

* Operibus hujuscemodi rarissimis jure annumerandum.

VIII.

IBRAHIMUS BEG, Fulgidæ Portæ Interpretæ Maximus: vide *Joannes Strasz* Polonus apostata.

BENEDICTUS Cosminiensis: vide à *Cosmin*.

JOANNES BENEDICTUS Lusatus, juventutem omnem Cracoviae transegit inter elegantiorum litterarum studia. Primæ autem adolescentiæ spatium Pata-

vii medendi arti impendit, Medicinæque Doctoris insignibus conspicuus in Poloniam rediit. Ac statim suum Libellum novum de causis, signis et curatione Pestilentiae: ad praeservationem simul et curam ejus mali, apprimè utilem: Cracoviensi Typographo *Hieronymo Vietori*, anno Domini MDXXI, forma 4 majori evulgandum * tradidit. Cujus eleganti inscriptione, Posnanien-
sium tum Episcopum Regnique Procancel-
larium, *Petrum Tomicium*, tanquam unicum, et disciplinarum omnium, et virtutum exemplum, coluit. Qui, Pontifex Cracoviensis factus, *Benedicto* illi, Cracoviensi in Academia, profitendae medicinae provinciam dedit: simulque ei locum, inter Medicos Regiae Majestatis, impetravit.

* Quem multò correctionem et locupletio-
rem, Cracoviae MDLII, à *Lazaro Andreae*, forma
8 majori recudendum curavit.

Hic BENEDICTUS, postquam sacerdo-
talem togam induit, *Petri Tomicii et Sa-
muelis Maciejovii* Cracoviensium Prae-
sulum auctoritate, *Joannisque* Comit-
is *Tarnovii* Castellani Cracoviensis com-
mendatione: Vilnensium primùm, Var-
miensiumque atque Varsaviensium **:
deinde Cracoviensium et Sandomirien-

sium: postea verò Vratislaviensium Canoniorum Collegiis est adscriptus. *Tarnovio Heroi, Hippocratis Cui Epistolam moralein, Disputationem Democriti continentem, è Rinutii interpretatione, Cracoviae typis Joannis Halicii, anno Christianae Salutis MDXL, forma 8 majori descriptam, Hendecasyllabo polito dicavit. Libellumque compendiosum de Visionibus et Revelationibus, naturalibus et divinis: ad eundem Comitem eruditissimè ac jucundissimè scriptum: Cracoviae in officina Hieronymi Vietoris, anno Christi MDXLV, forma 8 minori, publici juris fecit ***.*

** Occurrunt, in SIGISMUNDI JAGELLONII Actionibus Regiis anni MDXXXIV, fol. 80a: 222a — 223a: 223b: et 225b — 226b, Epistolae IV à *Petro Tomicio* Episcopo Cracoviensi et Procancellario Regni Poloniae, ad *Joannem Benedictum* Sacrae Majestatis Regiae Medicum, Vilnensemque et Varmiensem et Varsaviensem Canonicum, benignitate paterna scriptae.

*** Quem, Moguntiae apud S. *Victorem* MDL, à *Francisco Behem* Typographo, forma 8 majori repetitum: Editionis istius titulus, quasi tum primum editum, falsò nuntiat.

Idem *Benedictus* aetate proveciore
*, à *Carolo Quinto* Caesare Germanici

* Sarmaticarum Musarum grande tunc decus et

Imperii Nobilis: à SIGISMUNDO autem AUGUSTO Rege, Cathedralis Varmiae Praepositus: à *Joanneque Prze-rembscio*, Gnesnensi Archiepiscopo et Regni Primate, Custos Ecclesiae Collegiatae Loviciensis, creatus fuit. Praeter opuscula à nobis commemorata, *Zalusciano* in museo publico reperitur, *Joannis Benedicti Lusati*, Medicinae Doctoris et Medici Regii, Praepositi Varmien. Custodis Lovicien. Canonici Cracovien. et Vratislavien. etc, Historica Narratio rerum variarum, in hac sexta Mundi aetate: omni Hominum generi utilissima et jucunda **. Ab ipso Auctore nunc *** recognita, et multis in locis aucta. Cracoviae per *Lazarum Andreae*, anno reparatae Salutis MDLXII, forma 4 majori excusa. Estque ibi *Joannis Benedicti Lusati*, Medici Regii, Praepositi Varmiensis et Custodis Loviciensis etc: De humatione Corporum mortuorum, et refrigerio Animarum à corpore exutarum, Libellus ****. Cracoviae è typographia *Lazari* ***** , MDLXIV, forma 4 foras emissus.

praesidium; testantibus Elegis, Jambisque cultis, à *Valentino Eckio* Rhacto atque *Adamo Schroetero* Silesio, *Joanneque Mylio* Thuringo, eidem *Benedicto* sacratiss.

** *Joanni Przerembscio* Archiepiscopo Gnesnensi, Legatoque Nato et Primati Regni Poloniae, dedicata.

*** Biennio ante auctori clam surrepta: vitiosèque ab ignoto typographo in vulgus sparsa.

**** Loviciensis Ecclesiae Collegiatae Praelatis et Canonicis nuncupatus.

***** Celato ejus nomine.

IX.

STANISLAUS BIEL, vir doctus et eloquens, Cracoviensi Academiae anno Salutis MDXCM. Rector * cum auctoritate maxima praefuit. Istiusque Academiae nomine, *Bonam Sfortiam* Ducem Barensem, *Sigismundi Primi* Regis Poloniae sponsam, mense Aprili anni ejusdem, Urbem Cracoviam sollenniter ingredientem: Principesque, ejus comites: publicis Orationibus Latinis elegantissimis salutavit. Quas *Jodocus Ludovicus Decius*, Regis tunc Secretarius intus, in Diario Nuptiali *Sigismundi Primi* Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis Barenensis, luci publicae exposuit **.

* Quo *Joannes Konarscius*, Urbis Cracoviae Antistes, ut Cancellarius natus Cracoviensis Academiae, in provehendis bonis litteris, ac reformandis moribus Cleri Cracoviensis, imprimis utebatur.

* Id, e *Sigismundi Primi Actionum Regiarum* Volumine Tertio MSto: cui integrum *Decii* Diarium insertum est: p. 107 sq. et 113 — 117, cognovimus. Diarii enim illius exemplar, typis excusum, nunquam vidimus.

X.

PETRUS ŁODZIA de BNINO*, Premisliensis primum, et deinde Vladislaviensis Praesul: cujus maximè consilio atque arbitrio, CASIMIRUS JAGELLONIDES iam senescens Rempublicam Polonam administrabat: Rege illo prius demortuo, fati diem supremum expertus est, Nonis Martiis anni à Christo nato MCCCCXCIII. Ejus Epistolas, ad CASIMIRUM Regem manu sua exaratas, Cracoviensis Bibliotheca Academica possidet. Quas Rhetor Cracoviensis celeberrimus, *Jacobus Gorscius* in Litteris ad *Stanislaum Carnicovium*, Vladislaviensem adhuc Episcopum, ex Urbe Cracovia pridie Kalendas Januarias MDLXXVIII. datis: *Zaluscianae Bibliothecae publicae Miscellaneo Volumini cccxcv b*, p. 339 sq. insertis: Latinae elegantiae specimina perfecta vocat, *Bninianam* acerrimam Censuram Chronici Vincentiani **, *Mathias Drevious* *** maior Secretarius *Joannis Alberti* Poloniae Regis, integram protulit in Epistola, ad M. *Antonium Maurocenum*

num Senatorem Venetum sapientissimum scripta ****; quae *Philippi Callimachi Experientis* ***** Tusci exulis, Historiae de Venetorum tentatis contra Turcos, praefixa est.

* Sic ab avito castello, milliaribus aliquot ab Urbe Posnania distante, cognominatus: nepos *Andreae de Bnino* Posnaniensis illius Episcopi, cui *Joannes Dlugossus* Canonicus Cracoviensis, Vitas Episcoporum Posnaniensium à se conscriptas, dedicavit.

** Id est, *Vincentii Kadlubkonis*, Cracoviensis Pontificis.

*** *Philippi Callimachi Experientis* alumnus ac discipulus: vitiosè *Drevetius* à scriptoribus externis dictus.

**** Sine loci et temporis indiciiis.

***** Qui apud *Casimirum Jagellonidem* Regem: ejusque filium et successorem, *Joannem Albertum*, gratiae auctoritatisque locum primum tenuit. Extremis annis suis, *Petrum de Bnino* Praesulem Vladislaviensem, amicū praecipuum habuit. Quem morte extinctum, Epitaphio magifico honoravit; *Stephano Damalevicio* et *Francisco Rzepnicio* l. c. *Simoneque Starovolscio*, in Monumentis Sarmatarum, p. 409, tradentibus.

Legas de PETRO isto Episcopo: *Philippi Callimachi Experientis* in Libros tres, de Rebus Gestis VLADISLAI Polonorum atque Hungarorum Regis, ad CASIMIRUM Regem Poloniae et Magnum

Ducem Lituaniae, Praefationem: ejusque Historiam de Venetorum tentativis contra Turcos, *Petri Bizari* Sentinatis Historiae Rerum Persicarum appositam p. 410 sq. et 417: ac *Matthiae Drevici* Epistolam adductam: *Stephani* quoque *Damalevicii* vitas Vladislaviensium Episcoporum, p. 317—349, atque *Francisci Rzepnicii* Vitas Praesulum Regni Poloniae, Tomo II. p. 48. sq.

XI.

a. **BOGUPHALI*** Episcopi Posnaniensis, **CHRONICON POLONIAE**: è **SOMMERSBERGIANA** Editione, in **MIZLERIANAE** Collectionis, **Scriptorum Historiae Poloniae ac Lituanae**, Tomo III, posthumo acephalo, p. 86—144 iterum productum est. **Chronici Poloniae à Boguphalo** Episcopo coepti, atque à **Godislao Biscone** Custode Posnaniensi continuati **Chronicique Archidiaconi Gnesnensis** appositi: membranaceus **Codex Leubus Silensiorum**, in **Bibliotheca antiquissima** et celeberrimi **Coenobii Cisterciensis** asservatur; testante **Codicum MSS** **Storum** à **Comite Zaluscio** Antistite **Kioviensis** alienis in **Bibliothecis visorum ac peritiorum**; **Indice Altero**, p. 3 sq. **Chronici utriusque chartaceus Codex** inventus

Vratislaviae in Bibliotheca *Rhedigeriana*.

* De quo, in JANOCIANORUM Volumine II. num: XIII, p. 23 sq, exposuimus.

b. MATT. ERN. BORETI ** Herbarium vivum Plantarum et Florum in Prussia nascentium, methodo *Tournefortiana*, in classes divisum: adscriptis nominibus Plantarum Latinis, Germanicis, Polonicis, cum Indice: Voluminibus quinque distinctum, MS. Regiomonti Prussorum in Bibliotheca Senatoria ostenditur; memorante Joanne BERNOULLI, in denen Reisen durch Brandenburg, Pommern, Preuszen, Curland, Ruzsland und Polen, Tomo III, p. 66.

** Qui, Saeculo nostro exoriente, vixit.

c. JOSEPHI BORUCKI * Poloni, litterati plagiarii opus **: GABRIELI Comiti Podoscio ***, Archiepiscopo Gnesnensi et Regni Poloniae Primati, ante annos undecim à Borucio ipso oblatum: anno hoc MDCCLXXIX, Serenissimi Principis *Stanislai Augusti*, hodierni Regis Optimi, Bibliothecae **** secretae accessit; indicante Summarii Regionum Codicum MSSorum Appendice Priori, num: vii. Praefert in fronte titulum ejusmodi: *Theatrum Sarinaticum*, in quo res Polonorum ab excessu SIGISMUNDI AUGUSTI

Regis, et regnantibus HENRICO VALESIO-
STEPHANO BATHOREO, ac SIGISMUNDO ter-
tio, Regibus Poloniae gestae: per Jo-
sephum Borucki, è variis Manuscriptis
cumulatae, et conscriptae: Spectator
moderno saeculo, ac luci publicae, Li-
bris XII. exponuntur, folii magnitudine
Est quidem totum hocce Theatrum,
gravissimi et clarissimi Historici, Rein-
holdi Heidensteinii, rerum Polonica-
rum ab excessu Sigismundi Augusti
bris XII., verbis rarò mutatis, impu-
denter exscriptum.

* Nostratibus ipsis minimè cogniti.

** Foliis integris eleganter exaratum.

*** Cujus jussu et impendio, opus id haud in-
dustriè examinatum, Culmae Prussorum
Typographeo Presbyterorum Saecularium
Congregationis S. Missionis, excudi debu-
it. Ubi tamen, ad Maecenatis illius obitu-
m latuit: ab ejusque Haeredibus prorsus negle-
ctum fuit.

**** Indeque mox, ab ejus Praeside Andre-
Gavronscio, viro eruditionis atque humani-
tatis laude tam illustri, nobiscum communica-
tum est.

d. DERSLAUS de BORZYNOW: Archi-
diaconus Cathedralis Cracoviensis: videt
DERSLAUS.

XII.

a. JOANNIS BREGENSIS * Silesii, CHRONICON Polonorum, è Sommersbergii Silesiacarum Rerum Scriptoribus, in *Mizlerianae Collectionis*, Scriptorum Historiae Polonae ac Lituanae, Tomum III. posthumum atque acephalum: p. 259 — 273, est translatum.

* De quo, in Janocianorum Volumine II. num: XV, p. 27 sq. egimus.

b. Clerici BREGENSIS ** Anonymi, *Chronicon Polonorum, et ducatum Silesiae*: è Sommersbergiana Editione: in *Mizlerianae Collectionis* Tomo III, p. 274 — 338, recusum est.

** De quo, in Janocianorum Volumine II. num xvi. p. 28—30, verba fecimus.

XIII.

STEPHANI BRODERICI * Illyrici, Praepositi adhuc Quinqueecclesiensis, et Ludovici II, Regis Hungariae atque Bohemiae, apud Sedem Apostolicam Oratoris, Epistolae ad SIGISMUNDUM I, Polonorum Regem Magnumque Lituanorum Ducem: die III. Maii MDXXIV, dieque XVII Maii, et die IV Julii, itemque die IV Au-

gusti MDXXV: ex Urbe datae, in SIGISMUNDI primi Actionum Regiarum Volumine Quinto, ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinente, p. 128 sq, 546-548, 569-572 et 585, locum suum occupant. Eodem in Volumine, p. 336 Epistolarum à *Broderico* atque *Piscatore*, ad *Petrum Tomicium* Episcopum Cracoviensem et Procancellarium Regni Poloniae, anno MDXXIV. scriptarum: à *Andreaque Cricio* Premisliensi Antistite, Regio tunc in Hungaria Legato, à *Tomicium* ipsum missarum: in *Cricio* propriis ad *Tomicium* Litteris, Cracoviae in Vigilia Conceptionis Dominae Nostrae, anno illo exaratis, sit mentio. Exstat autem in volumine ipso à nobis adducto, p. 131, CLEMENTIS VII, Romani Pontificis Maximi, Epistola ad *Petrum Tomicium*, Cracoviensem Episcopum Regnique Poloniae Procancellarium data Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxx Maii MDXXII. Qua ei *Stephanum Brodericum*, *Ludovicum* Hungariae Regis Oratorem, maiorem in modum commendat.

* Producti à nobis, in *Janocianorum* Volumine II. num. XVIII. p. 31—41. Qui, Vacante in Pontificatu, paulo post *Joannis* Hungariae Regis obitum, fatis defunctus est, Christianae Salutis anno MDXL. Litterator H. pag.

rorum praeclarus, *Alexius Horanyi*, in Memoria Hungarorum et Provincialium, scriptis editis notorum, Parte I. p. 350—361. de *Stephano Broderico* egit. Magis tamen exquisitè et accuratè de eo exposuisse *Josephum Innocentium Desericium*, Hungaricae antiquitatis ac litteraturae florentissimum scriptorem opinamur. Cujus Historiam Episcopatus, Dioecesis et Civitatis Vaciensis: curante *Benedicto Cettone*, anno Domini MDCLXIII. foliis integris, publici juris factam: impetrare per Bibliopolas nondum potuimus.

BRODERICI huiusce, Vaciensis iam Pontificis, Biga Epistolarum: in negotio connubiali, inter JOANNEM Hungariae Regem, et *Isabellam Sigismundi* Regis et BONAE Reginae Poloniae filiam: ad BONAM Reginam ipsam scriptarum, indita est *Dembowscianae* Bibliothecae Miscellaneo Volumini Secundo MSto, ejus ferè medio. Desunt Epistolis gemellis signa loci et temporis.

PAULUS WLADIMIRI de BRUDZEWO, Custos Cathedralis Cracoviensis: vide WLADIMIRI.

XIV.

STANISLAI BUZÉŃSKI*, Nobilis Poloni: Varmiensis Decani, Gnesnensisque atque Cracoviensis Canonici, Re-

* Vitae ejus memorabilia, in Excerpti Polonicae

gni etiam Cancellariae Praesidis: Autographum ** *de vitis* † *Archiepiscoporum Gnesnensium*, regnique *Poloniae Primatum*, à *Vilibaldo Gallo* usque ad *Andream Olszovium*, nunc *Varsaviae*. inter *Zalusianos Codices MSStos*, forma 4, num: *MMXLIV* asservatur. Apographumque †† num: subsequenti reperitur. Eisdem inter Codices, *Buzensci* illius *Adversaria Juridica*, *Oratoria* atque *Poëtica*, *Historicaque autographa* num: *MMCLVII—MMCLXIV*, sunt collocata

Litteraturae Volumine I, num: *xxxvi*. p. 68 sq. attigimus. Secretiora, aevi ejus scriptor eminentissimus: *Andreas Chrisostomus Zaluscius*, Princeps atque Episcopus *Varmiensis*, in *Epistolarum Historico—Familiarium Tomo I*. p. 680 sq. patefecit. *Buzenscius* huncce, Bibliothecam suam exquisitè collectarum bonisque Codicibus MSStis refertam, partim *Cracoviensi Academiae*, partim *Brunsbürgen Collegio Societatis JESU* legavisse: idem Princeps et Praesul l. c. memoriae prodidit.

** Id ipsum opus pereleganter descriptum, in *Augustissimae Maiestatis Regiae Bibliotheca* inveniri: *Summarium Regionum Codicum MSStorum*, Capite *vii*, num: *iv* nos docet.

† Quarum Epitomen, à *Vilibaldo* usque ad *Joannem Tarnovium*: *Laurentius Mizlerus de Kolof* dedit, in *Bibliothecae Varsaviensis Theotisca lingua evulgatae*, Parte *III*. p. 176

200, et iv, p. 255 — 274: inque Actis Litterariis Regni Poloniae, Anni MDCCLV, Trimestri I, p. 51 — 62. II. p. 90 — 101; III. p. 164 — 174. et iv: p. 240 — 260: Annique MDCCLVI: Trimestri I, p. 31 — 38; II. p. 106 — 122; III. p. 157 — 177; et iv, p. 230 — 237.

†† Quod, in Memoriis Voluminis II. perficiendis, adhibuimus. Nunc autem obtento Autographo ipso sumus usuri.

XV.

STANISLAUS BYLIŃSKI Visnensis Roxolanus, Decretorum Doctor et publicus aliquamdiu in Academia Cracoviensi Interpres: exinde verò Premisliensis Ecclesiae Cathedralis primum Canonicus, posteaque Archidiaconus, et Poenitentiarius, et Concionator ordinarius: opus illud composuit, cui titulus, *Defensorium Ecclesiae, adversus Laurentium Corvinum* *, Lutheranae haereseos sectatorem, editum: male de primatu Summi Pontificis, Vicarii Christi: et de Sacrosancta Romana Ecclesia ejusque auctoritate: item de Conciliis sacris: de consuetudinibus ab Universali Ecclesia receptis: atque Orthodoxorum atrum sentiis et factis sentientem: Candido lectori reuera non inutile. Cracoviae *Mathias Scharffenbergius* excudebat anno 1531. Die nona Martii. For-

ma 8. Quod, in Commentariorum, de Libris Rarioribus Polonicis, sermone Theotisco editorum, Parte II. p. 63—66, percensuimus.

- * Urbis Vratislaviae tunc Secretarium: *Bylin-
sci* ipsius, aetate juvenili, Cracoviae condi-
scipulum ac familiarem. De quo, in Com-
mentariis, de Libris Rar. Pol. l. c. inque
JANOCIANORUM Volumine I, num XVII. p. 44-
46, iam sumus locuti.

XVI.

CASIMIRUS SECUNDUS cognomine Mar-
gnus *, Poloniae Rex, primus omnium
Leges hujus Regni litteris exarandas
curavit. Statuta à Rege illo ipso, Vi-
sliciae in Comitibus generalibus anno
MCCCXLVII ** condita; omnium, quae ad
nos pervenerunt, antiquissima *** exi-
stimantur. Quae mox, post inventam
artem typographicam, ejusmodi titulo
insignita, forma 4 seorsim exierunt:

Statuta regni Polonie per excellentissim-
um principem ac dominum Kazimirum
secundum Regem Polonie, unacum prela-
tis baronibus ceterisque nobilibus. Visli-
cie in conventu generali ordinata et confir-
mata. Nec urbis, in qua Editio ista

**** adornata fuit: neque typographi,
neque temporis facta est mentio.

* Res à *Casimiro* Magno gestas, aevi ejus scriptor, Regisque ipsius familiarissimus, *Joannes Gnesnensis* Archidiaconus, in Chronico Poloniae, per *Fridericum Wilhelmum* de Sommersberg in lucem prolato, p. 97—100: perque *Laurentium Mizlerum* de Kolof rursus publicato, p. 185—189, memoriae mandavit. Easque *Joannes Dlugossus*, Cracoviensis Canonicus, in *Annalibus Regni Poloniae*: MCCCXXXIII—MCCCLXX: p. 1029—1168, persecutus est. His nostris temporibus, *Michael Vandalinus* Comes de *Mniszech*, Magni Lituaniae Ducatus Magnus Secretarius, publicaeque Institutionis Litterariae in Ducatu Volyniae Praefectus summus, regnum CASIMIRI Magni, vernaculo opere peculiari, Varsaviae forma 4 maiori foras dato, concinne et eleganter exposuit. Scriptores tot alii à me nunc tacentur. Nec de Teutonici juris Iudicio supremo, a CASIMIRO Magno, Cracoviae constituto: neque de Gymnasio generali, ab ipso, ibidem excitato: animo ac corpore tam debilis, loqui possum.

** Secundum *Dlugossium*: sub anno eodem: p. 1081.

*** Autographa, regnante *Joanne Casimiro* Varsaviae in Regni Tabulario Maiori extitisse: testis locuples est *Stephanus Casimirus Hankiewicz*, in Synopsi Librorum Metricae Regni, per Suecos tunc hostes rece-

ptorum, perque eisdem vigore Pacis Olivensis restitutorum, p. 13.

**** Cui, inter monumenta legalis disciplinae domesticae rarissima, locus primus debetur. Cracoviae in Bibliotheca Coenobii Ordinis Praedicatorum inveniri: *Zaluscii* Praesulis Catalogus Librorum rariorum, alienis in Bibliothecis à se ipso deprehensorum et perceptorum, p. 5 nobis significat.

Subsecuta est Editio pari forma, cum tali inscriptione: *Constitutiones et Statuta, vel Sintagmata iuris provincialis incliti regni Poloniae: per diue memorie serenissimum et invictissimum principem ac dominum, dominum Kazimirum secundum Poloniae Regem, nec non terrarum Cracoviae Sandomiriae Siradie Lancicie Cujavie Pomeraniae Russiaeque dominum et heredem, Vislicie in conventu generali edita et promulgata: cujus profecto multiplex et varia atque recondita et altissima eruditio, in maximisque pacis et belli negociis exercitatio, tum vero in corripiendis pro condicione et statu hominum viciis perseverantia singularis fuit: quique terras tu multuantes et res novas molientes, ad*

fidem et obsequium regium sua opera rededit, atque pacatas et quietas tandem reddidit. Desunt etiam, in hac Editione ****, anni, et loci, et Typographi indicia. Cui VLADISLAI JAGELLONIS Statuta Cracoviensia atque Vartensia anni MCCCCXXIII: et CASIMIRI JAGELLONIDIS Statuta Niessoviensia anni MCCCCLIV: aliaque paullò seriora, sunt annexa.

**** Quae, Exemplorum raritate, priori non cedit. Est illa Varsaviae in *Zalusiana* Bibliotheca. Fuit Gedani in *Schlieffiana*: è qua, in *Rosenbergianam*, transiisse opinamur.

JOANNES LASCIUS, Magnus Poloniae Cancellarius, in Communi Incltyti Regni Poloniae privilegio, Cracoviae ex officina *Halleriana*, MDVI, foliis integris emisso, fol. VII. b — XXXIX b, Magni Casimiri secundi Regis Statuta Visliciensia, haud integra exhibuit. E quo, STANISLAUS KONARSKIUS †, Scholarum Piarum totius Provinciae Polonae Praepositus, in Legum, Statutorum et Constitutionum, Privilegiorumque Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae: quae Varsaviae, è typographia Regii Collegii Scholarum Piarum MDCCXXXII — MDCCXXXIX, folii magnitudine coniun-

ctim prodierunt: Volumine I, p. 1 — 54.
ea repetiit.

† Cui vetustae Editiones peculiare non cogni-
tae fuerunt. Neque *Zaluscio* Antistiti, Polo-
norum Litteratorum principi, tunc temporis
innotuerant.

Litterae publicae, regnante CASI-
MIRO Magno expeditae: typis nondum
evulgatae: nunc partim Varsaviae in
Regia †, partim Cracoviae in Academi-
ca †† Bibliotheca, asservantur. Excusae
aliquae, in *Mathiae Dogielis* Codice
Diplomatico Regni Poloniae et Magni
Ducatus Lituaniae, Tomo I, p. 2 — 5,
Tomoque IV. p. 55 sq, et 68 sq, repe-
riuntur. Quae à scriptoribus externis
††† in medium sint allatae: è *Petri Ge-
orgisch*, Regestorum Chronologico —
Diplomaticorum, Indice Geographico,
p. 1104 sq, discas.

† Rectorum Codicum MSSorum Summarii.
Appendice I, num: LV, indicante.

†† Codicum MSSorum illius Bibliothecae Ca-
talogo, sub vocabulo *Kazimirus*, p. 158 sq
exhibente: ubi tamen, *Casimiri Magni*, et
Casimiri Jagellonidis monumenta, commi-
scentur.

††† A quibus Rex Polonorum, *Casimirus*
Magnus, vulgariter Tertius appellatur.

4. b. JOANNES CERASINUS Silesius, Cracoviae Juris Magdeburgensis Advocatus Ordinarius: vide KIRSTEYN.

XVII.

PETRUS de CHOTKOWO, à pago natali, ad mensam Plocensis Episcopi pertinente, cognomen obtinuit. Cracoviae philosophiam et litteras humaniores coluit. Bononiae autem artem medendi tractavit: ibique medicinae Doctoris insignia consecutus est. Unde à *Boleslao* Masoviae Duce excitus, educandis et instituendis ejus liberis totum se dedit. A Duce eodem Cancellarius creatus: ipsiusque ope Canonicus Plocensis factus: toti Plocensium Canonorum collegio ita placuit, ut mortuo Antistite iuvene, CASIMIRO Duce Masoviae, discipulo suo, Praesul ipse concorditer eligeretur. Rexit Episcopatum, annis xvii. prudentiae et aequitatis laude maxima. Disciplinae ac litteraturae medicinalis, vita omni, studiosissimus fuit. Exstant Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices MSStos, folii magnitudine, sub numero ccxx: Matthei Siluatici, medicinarum clarissimi: Pandectae medicinales, explanantes peregrina medicinarum vocabula, vel à graeca, vel ab arabica lingua detracta: per manus domini Petri

de *Chotkowo*, qui erat Episcopus Plocensis et Cancellarius Mazoviae, diligentia summa descriptae: è *Pauli Zembruski*, Varsaviensis proconsulis, suppellectili libraria profectae. Suntque Plociae, in Bibliotheca Coenobii Benedictini, Medicinalia secreta Reverendissimi patris et domini Petri de *Chotkowo* Episcopi Plocensis, ex auctoribus diversis, à Praesule illo collecta, propriaque ejus manu, forma 4 maiori nitidissime exarata. PETRUS iste Episcopus morte extinctus est, anno post CHRISTUM natum MCCCCXCVII. De quo STANISLAUS LUBIENSIS, Plocensis ipse Pontifex, in *Serie, Vitis et Rebus Gestis Episcoporum Plocensium*, p. 145—148, copiosius est locutus.

Superfuisse Varsaviae JOANNIS CASIMIRI Regis temporibus, in Regni Tabulario Maiori, Volumen antiquum Actorum, inscriptionum et privilegiorum Ducatus Mazoviae, sub Boleslao et Conrado Ducibus, Cancellariatu Petri de *Chotkowo* annis MCCCCLXXI—MCCCCLXXIX: nunc è STEPHANI CASIMIRI HANKIEVICH synopsi variorum Librorum Metricae Regni, per Suecos hostes receptorum, perque eosdem vigore Pacis Oliviensis restitutorum, manu ipsius perscripta, p. 13, èque STANISLAI SZCZYGLI

GIELSCH Historia Monasterii Plocensis
Ordinis S. Benedicti Msta, p. 22, co-
gnoscimus.

XVIII.

a. STANISLAUS CHROSCESKI, NIGER
agnomine, patria Ciechanoviensis fait
è Masovia. Lipsiae, humanitatis ac lit-
terarum studiis, artique medicae, de-
dit operam. Atque ibidem, in mortem
immaturam *Illustrissimi Principis, Do-
mini JOANNIS de Ducibus Lituaniae,
Praesulis Posnaniensis, Epicedium E-
legis scriptum: Posnaniensi Castellano,
totiusque Poloniae Maioris Praefecto,
ANDREA Comite à GORCA auspice: apud
VALENTINUM SCHUMANN, anno MDXXXVIII,
forma 4 maiori, typis excudendum cu-
ravit. A JOANNE GEORGIO SCHENCKIO, Me-
dico litteratissimo, in Bibliis latricis,
sive Bibliotheca Medica nacta, continua-
ta, consummata, p. 483: *Stanislai Nigri
Poloni, Elegia elegans in laudem Ther-
marum Carolinarum **, de earundem na-
tura et usu, adducitur: quam Comes
ZALUSCIUS, Varsaviensis Bibliothecae pu-
blicae Conditor, explorare nullibi po-
tuit. A SCHENCKIO eodem, *Nigri istius
Poloni Libri duo, unus De Odore, al-
ter De Humoribus, nondum editi, no-
minantur; quorum prior Comiti Zalu-**

scio nunquam obvenit. Rarissimus ta-
men indagatori tanto obtigit *Libellus*
de Humoribus. Auctore *Stanislao Chro-*
scescio Nigro, Illustrum Comitum
Gorca Medico Physico. Cracoviae, ty-
pis *Andreae Petricovii*: sine mentione
anni, forma 8 descriptus. Cui Epistola
comita ac docta, ad *Lucam Comitem a*
Gorca, Palatinum Posnaniensem, Prae-
fectumque Buscensem, illius temporis
Maecenatem summum, est praefixa **.

* Nuperrimè Lipsiensis Academiae lumen et
ornamentum, *Joannes Gottlob Boehmius*
Fonti *Carolino* in Bohemia. aquis calidis et
salubribus inclyto, grati animi causa ob repe-
ratam valetudinem, tersos Elegos sacrauit.

** Data Posnaniae anno Domini MDLXX.

b. JOANNES CHROSCESKI ***, Urbis
Posnaniae Physicus ordinarius: cum
adolescens Gymnasium Patavinum fre-
quentaret, *de morbis Puerorum Trac-*
ctatum locupletissimum atque doctis-
simum: ex ore Praeceptoris sui, Excel-
lentissimi *Hieronymi Mercurialis* For-
oiuliensis, Medici clarissimi diligenter
exceptum, inque Libros tres digestum
Venetiis, apud *Paulum Meietum* Bi-
bliopolam Patavinum, MDLXXXIII, forma
4 maiori, in publicum emisit. Quem
Amplissimo Senatui Posnaniensi, ob

beneficia multa et magna, diversis temporibus, opportune admodum ab eo accepta, sacrum esse iussit.

*** *Stanislai* præcedentis filius: *Chrosczieyoski* vitiosè à scriptoribus externis vocatus.

XIX.

a. **A**DALBERTUS STANISLAUS CHROŚCIŃSKI*, Varsaviensis ortu fertur. JOANNIS Tertii Regis Poloniae Secretarius atque Familiaris intimus fuit. A quo, in Comitibus Varsaviensibus anni MDCLXXXV, Nobilitatis Polonae juribus donatus est. Isque CHROSCINSCIUS historiam Augustae Domus *Sobiescianae* edidit: aetate nostra inventu raram. Quae sic inscribitur: *Clypeus Serenissimi JOANNIS Tertii, Regis Poloniarum*: Gentilitium Decus, Sarmaticae Coronae Protector, Polonorum Libertatis Gemma, Austriacae Domus à Turcarum invasione Vindicator, continuo Martis Lechici in bellis usu, ad aeternum Gloriae immortalis Splendorem elucidatus: Serenissimo Jacobo Ludovico, Regio Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae Principi etc. etc. Aurei Velleris Equiti, *Chronologica Descriptione* praesentatus. Anno, quo *Deus Incarnatus*, Scuto bonae Vo-

luntatis, Mundum coronavit, MDCCXVII.
BRIGAE, typis Godofredi Trampii. Fo-
lii magnitudine.

* *Chrusciński* à Nostratibus pronuntiatur.

Chroscinscii huiusce vernacula Poë-
mata tersissima: veterumque Poëta-
rum Latinorum Opera, à *Chroscinscio*
illo, in versus Polonicos comtè redacta:
Josephus Andreas Comes Zaluscus, Re-
gni Poloniae adhuc Referendarius Supre-
mus, in *Bibliotheca* ** *Poëtarum Po-*
lonorum, qui patrio sermone scripse-
runt, p. 7, et 9, et 33 sq, accuratè re-
censuit. *Chroscinscius* iste, in uxoris
genere *Otwinosciae*, praedio dotali apud
Czenstochoviensem civitatem sito: re-
gnante Augusto Tertio: nonagenario
maior, fato concessit.

** Quae *Virgilio Polonico*, Varsaviae MDCCCLIV
forma 4 in lucem edito, subiuncta est.

b. CASPER CHROSCIŃSKI: causarum
in supremo Regni Tribunali quod Lu-
blini est Procurator, Synopsin Alpha-
beticam Statutorum et Constitutionum
Regni Polonici, anno MDCCXXVII, manu
sua concinnavit. Quae Varsaviae, inter
Zaluscianos Codices MSSos, folii ma-
gnitudine, sub numero CLXXXIV b, lo-
cum est sortita.

XX.

ERASMUS CIOŁEK, Plocensis Praesul:
vide ERASMUS.

a. GREGORII CNAPII * Masovii, é Societate JESU, *Thesauri Polono-Latino-Graeci*, Tomus secundus Latino-Polono-Germanicus: novo Synonymorum et Phrasium Poëticarum apparatu auctus, necnon innumeris Latinis, Polonicis ac Germanicis Vocabulis locupletatus, per Admodum Reverendum Patrem, *Paulum Kollacz*, Beneficiatum ad Ecclesiam Parochialem Sarnoviensem: VARSAVIAE, sumtibus et typis *Michaelis Gröllii*, Consiliarii ac Bibliopolar Regii, anno MDCCLXXX, forma 4, seorsim prodiit.

* Memorati à nobis, in JANOCIANORUM Volumine I, num: xv, p. 39 — 43.

b. LAURENTII CORVINI ** Vratislaviensis Secretarii, *Epithalamium* In Nuptiis SIGISMUNDI Regis Poloniae et *Bonae Reginae*: Opusculum elegantissimum inque Polonia ipsa rarissimè obvium: SIGISMUNDI *Actionum Régiarum* Volumini Tertio, ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinenti, p. 63 — 71, est insertum. Ejusdem *Corvini* Epistolae iv ad Venerabilem Virum, Dominum *Stanislaum Byliński* Decretorum Do-

ctorem, Archidiaconum et Verbi Dei
Concionatorem Ecclesiae Cathedralis
Premisliensis, é Civitate Vratislaviensi
Dominica Laetare MDXXV, die xv Martii
ac die xxix Septembris MDXXVI, dieque
xii Mai MDXXVII datae: à *Bylinscio* ipso
in *Defensorio Ecclesiae*, unà cum Re-
sponsionibus suis, communi luci sunt
expositae.

** De quo velis ea inspicere, quae in hoc Volume
mine num: xv sunt annotata.

XXI.

NICOLAUS COSLOVIUS, sacrae theolo-
giae Professor et Cathedralis Canoni-
cus Cracoviensis: vide Kozłowski.

BENEDICTUS à COSMIN, sive COSMI-
NENSIS, sive etiam COSMINIUS, Rhetoris
publici officio in Academia Cracovien-
si functus est. Edidit ille M. T. Ciceronis
pro Rege *Deiotaro*, ad C. Caesarem O-
rationem, rhetoricae ac purioris Lati-
nitatis amatoribus plurimum utilem.
Cracoviae per *Mathiam Scharffenberg*.
MDXXXI. 4. *Vitamque T. Pomponii Attici*
Autore *Cornelio Nepote Veronensi*. Cra-
coviae ex officina *Floriani Unglerii*. An-
no à natali Christiano MDXXXIII 4. Et C.
Plinii Secundi Novocomensis Panegy-
ricum, Traiano Augusto dictum. Cra-

coviae apud *Hieronimum Vietorem*. Anno MDXXXVI. 8. Composuit ipse hexametris versibus haud incomitis, *Epithalamion* Illustrissimi Principis *Joachimi*, Dei gratia Marchionis Brandeburgensi. Sacri Rom. Imperii Archicamerarii, et Principis Electoris: ac Illustrissimae Virginis *Hedvigis*, Serenissimi Poloniae Regis *Sigismundi* filiae. Idque adiuncta Epistola, ad Illustrem et Magnificum Dominum PETRUM KMITAM de Wisnicze, Castellatum Sandomiriensem, Regni Poloniae supremum Mareschallum: necnon Cracovien. generalem, et Premislien. Scepusien. et Colnen. Capitaneum etc. Dominum ac Maecenatem summum, ornatè, et politè, et graviter scripta. *Cracoviae* per *Mathiam Scharffenberg*. Anno Domini Millesimo quingentesimo tricesimo quinto, forma 4^a maiori, promulgavit.

Hicce BENEDICTUS, impetrato Sandomiriensis Archidiaconi honore, quarto Kalendas Novembres, MDLIX, vitam finivisse: perhibetur à *Simone Starovolscio*, in Monumentis Sarmatarum, p. 131 sq. Cracoviensem Bibliothecam Academicam moriens libris plurimis auxisse, proque ea semper augenda, censum certum reliquisse: traditur ab eodem *Starovolscio*, in Elogiis et Vitis

Illustrium Poloniae Scriptorum, Edit
Venet. p. 4.

XXII.

JOANNES COSMIUS, eloquentiae primū *, et deinceps theologiae in Academia Cracoviensi Professor: postea verò SIGISMUNDI AUGUSTI Poloniae Regis Concionator Ordinarius: propriam suam *Epistolam* ** ad Ministros Verbi Dei omneque adeo genus Sacerdotum, in sese et in Ministerio Praedicationis sincerus, et in Vitae Officiis probos ac imitatione dignos praebeant: adiecta *Sebastiani Myonis Elegia*, de Boni et Puro Concionatore: *Cracoviae*, apud Viduam *Floriani Unglerii*, Kalendis Junii anni MDXLIX, forma 8 in lucem emisit.

* *Stanislaus Sarnicius* Roxolanus tunc ejus discipulus fuit; *Sarnicio* isto ipso, in Descriptione Veteris et Novae Poloniae, Cracoviae edita, p. 24, Lipsiaeque recusa, 1900 commemorante.

** *Samueli Macieiovio*, Cracoviensi tum Episcopo, Regnique Poloniae Cancellario, dedicata.

Idem COSMIUS, dissimulato nomine suo, scriptam *Orationem ad Julium III Pontificem Romanum*, pro indicende

libero et catholico Concilio, ac Reformatione canonica in Ecclesia facienda, eadem in Urbe, eademque in Typographia, exeunte anno MDL, pari forma, publici juris fecit. Cui D. *Henrici Schofferi* Epistolam consolatoriam, ad D. *Franciscum Stancarum* captivum, apposuit.

Joannes ille Cosmius Theologus, a litteratoribus externis, confundi solet cum *Benedicto Cosminio* Rhetore et Poeta.

XXIII.

CORIBUTUS COSSIRIUS *, Eques Masovius è Terra Sochaczoviensi: Latino carmine haud invenustus, sed nimis petulans atque lascivus: ab *Andrea Cricio* Plocensi adhuc Praesule, non sine reliquorum Domesticorum et Familiarium invidia amabatur ac fovebatur. *Stanislaus Gorscius* Canonicus Plocensis, in *Cricii* Episcopi Vita, *Cossirium* illum: philosophum, poëtam, citharædum, aleatorem, ganeonem, bibacem, histrionem supra cæteros facetissimum: et ob id Regi, cunctisque Viris primariis in Aula gratum ac jucundum, induxit. Collectaque *Cricii* poëmata casta pudicaque, immistis *Cossirii* carminibus obscenis et flagitiosis, toedavit.

* *Korybuth Koszirski* Polonice nominatus.

XXIV.

a. ALBERTUS à COSTEN, ab oppido Posnaniensis Satrapiae, Costeno, in quo erat natus, sese cognominavit. In Cracoviensi Academia jus pontificium atque civile, non sine laude, est professus. Ibi-que Jurisconsulti Anonymi perspicacissimi, peritissimi ac Excellentissimi, *Pandectas Successionum*, hoc est, Libellum continentem totam Doctrinam de *Successionibus*, et potissimum ab *Intestato*. Omnibus, cujuscunque conditionis sint, summopere necessarium et utilissimum. Cum propriis suis additamentis. Per *Florianum Unglerium* Chalcographum, ultima Martii, anno Domini MDXXIV, forma 4, denù excudi curavit.

b. MATTHAEUS à COSTEN, homo eloquens et eruditus, eidem oppido ortum ac cognomentum debuit. Archipraesulis Gnesnensis simulque Cracoviensis Artistitis, *Petri Gamrati*, Theologus atque Poenitentiarius fuit. Prodiit ejus *Examen spirituum et visionum*, cum *Paraenese* ad agendam poenitentiam. *Cracoviae* ex Officina *Hieronymi Vietoris*. Anno ab Orbe Redempto MDXLII: mense Augusto, forma 8. Editaque est ipsius *Cohortatio Sarmaticarum Ecclesiarum* ad antiquae et avitae Religionis

observationem. *Cracoviae* per *Hieronymum Vietorem* Anno Domini MDXLIII; mense Martio, forma eadem.

XXV.

a. **M**ATTHAEUS de CRACOVIA*, Theologus atque Orator: Saeculi xv dimidio anteriore clarissimus: à patria sua, Polonicarum omnium urbium principe, cognomen sibi assumpsit. Studiorum causa, ab HEDVIGE, Poloniae Regina, in Academiam Pragensem missus fuit. Pragensique Archiepiscopo, *Wolframo***, ingenio ac doctrina commendatissimus: Praesuli illi, in regenda Archidioecesi sua, operam insignem praestitit; sicut è Sermone***, quem *Matthaeus* ipse in Synodo Pragensi dixit, satis intelligi potest.

* Nomen ipsi ingentum *Nayman* fuisse, à Cracoviensibus ipsis, ex Urbis illius Fastis MSstis conjicitur.

** *Skworeciorum* antiqua et illustri familia prognato. Qui Metropolitanam Sedem Pragensem, mcccxcvi — mccccii, tenuit: commemorante *Bohuslao Balbino*, in *Miscellaneorum Historicorum Regni Bohemiae*, Decadis I, Libro vi. p. 57 sq.

*** Cui annus non est adscriptus.

Reversus in Poloniam, pari studio ac fide, *Nicolaum Trombam* atque *Vincetium Kot* Archiepiscopos Gnesenses, *Sbigneumque Olesnicium* S. R. E. Cardinalem et Episcopum Cracoviensem, adjuvit. Clarè id testantur, *Matthaei* istius Oratio, Calissii in consecratione *Andreae Lascarii* Episcopi Porsnaniensis †, habita: ipsiusque Sermones Synodales, Lanciciae MCCCXLI, Gnesnae MCCCXLVI, et Petricoviae MCCCXLVII. dicti: ejusdem quoque Oratio, qua in urbe, Sbignei cardinalis nomine, *Nicolaum* papam quintum veneratus est.

† Post ejus reditum è generali Concilio Constantiensi.

Quae omnia, calamo exarata, Cracoviae in Bibliotheca Academica †† adhuc asservantur; quibus etiam adjuncta est Oratio Ecclesiastica, quam idem ille *Matthaeus* Gnesnae, Dominica ix post Pentecosten †††, in Templo Metropolitano, CASIMIRO JAGELLONIDE Polonorum Rege praesente, habuit.

†† Extant ibidem *Matthaei* hujusce de *Cracovia* Opera quaedam Theologica, nondum satis nobis cognita. Quorum tituli, in Catalogo Codicum MSSorum Bibliothecae Academiae Cracoviensis, saepius adducto, p. 171, confusi ac mutili exhibentur.

††† Anno haud significato.

Is ipse *Matthaeus de Cracovia*: praeunte *Caspare Niesiecio*, Societatis Jesu Provinciae Polonae Sacerdote, in *Genealogici Operis vernaculi, Kōrona Polska inscripti, Tomo I, p. 12 sq:* ab Antistite Kioviensi, *Josepho Andrea Comite Zaluscio*, in edito *Programmate Litterario Polonico* † anni *MDCCLXXXII*, p. 26 sq, inque *Bibliothecae Polonae MStae Tomo I, p. 202*: a Principe autem *Josepho Alexandro Jablonovio*, Palatino *Novogrodensi*, in *Museo Polono*, p. 41. sq: cum *Matthaeo de Krokow*, Nobili *Pomerano*, ††, *Ruperti Romanorum Regis primum Cancellario*, *Urbisque Wormatiae deinceps Episcopo* †††, die v. mensis Martii, anni *MCCCCX*, morte exstincto, confunditur. Auctorum externorum, *Matthaeos* utrosque permiscentium, turbam enumerare: taediumsissimum ac molestissimum mihi nunc esset.

† Eodem in *Opusculo*, per *Georgium Petrum Schultz*, Professorem *Thoruniensem*, Latine verso, p. 40 sq.

†† Cujus vitam, *Joannes Fridericus Schannat*, in *Historiae Episcopatus Wormatiensis Tomo I, p. 407 sq*, omnium accuratissime exposuit.

Scriptorum à *Matthaeo* illo, Praesule *Wormatiensi*, relictorum indicem optimum dedit *Christianus Schoettgen*, in *Pomeraniae An-*

tiquae et Novae, Theotisca lingua divulgatae,
Fasciculo V, p. 642 — 646.

††† Quem, etiam Cardinalis Sancti *Cyriaci*
honore impertitum, perperam tradunt.

b. STANISLAUS CRACOVIANUS, HOSIUS*
Urbis Cracoviae Patricius, in Latinis
carminibus suis: quae adolescens ipse,
apud *Hieronymum Vietorem*, Typogra-
phum Cracoviensem, anno MDXXV, for-
ma 8 publicavit: gentilicio nomine o-
misso, appellari voluit.

* Idem ille, qui Sanctitatis atque eruditionis
fama maximè inclytus: honoribus functus
aliis: Culmensis primùm, et deinde Varmi-
ensis Antistes, posteaque S. R. E. tit. Sancti
Laurentii Presbyter Cardinalis, et Maior
Poenitentiarius, creatus fuit.

XXVI.

CRACOVIENSE SYNODICON antiquum;
à Scriptore anonymo collectum: *Za-*
luscianos inter Codices MSStos, forma
4, sub numero MDCCCXCVIII repositum:
Statuta Synodalia pro Ecclesia cathedrali
totaque dioecesi Cracovien. a venerabili
Joanne Protone episcopo MCCCXXVIII et
MCCCXXXI. ab ejusque successoribus Bo-
danta Janonio MCCCLV et MCCCLVI. Ebi-

gneo de Oleschnicza cardinali MCCCCLⁱ,
MCCCCLIII et MCCCCLIV. Thoma de Strem-
pino MCCCCLIX. Joanne Ludtone MCCCCLXII
et Joanne de Rzeschow iuniore MCCCCLXXVIII
sancta, complectitur. Subiuncta iis est:
Notitia secreta villarum ac possessionum
Capituli Cracovien. Ecclesie Maioris.

XXVII.

STANISLAUS CRACOVIENSIS, Theolo-
gus Dominicanus Cracoviensis Coeno-
bii, circa medium Saeculi XIV, vixit.
Is opus singulare, De Vita et Miraculis
S. *Hyacinthi* Ordinis Praedicatorum,
composuit. Cujus autographum* Craco-
viae, in Gazophylacio Templi Domini-
cani, à SS. *Trinitate* cognominati, reli-
giosissimè servatur.

* Quod Romae, in perficiendo processu Cano-
nizationis Divi *Hyacinthi*, ut monumentum
veterrimum ac fide dignissimum, acceptum
atque adhibitum fuit; annotante *Severino*
Lubomlio, Theologo Dominicano Cracovi-
ensi, in Commentariorum, de *Vita, Mira-*
culis, et actis Canonizationis Sancti Hy-
acinthi, Confessoris Ordinis Fratrum Prae-
dicatorum, Romae ex Typographia *Gabia-*
na, anno MDCCCXIV, forma 8 editorum, Li-
bro IV, p. 348, et p. 351.

XXVIII.

ANDREAS CRICIUS *, Posnaniensis primum Scholasticus Cathedralis, BARBARAEque Reginae Cancellarius: deinceps Posnaniae in Cathedrali Ecclesia, Cracoviaeque apud Divum *Florianum* Praepositus, et SIGISMUNDI I. Regis Secretarius praecipuus: porro Antistes Premisliensis, nec multo post Plocensis Episcopus: tandemque Gnesnensis Archiepiscopus ** atque Regni Poloniae Primas, Cracoviae inter consultationes publicas, *Zegrovii* Medici sui culpa interiiit, VI Idus Maias MDXXXVII, aetatis suae anno LX ***.

* Patrio idiomate *Krzycki: Petri Tomicici*. Cracoviensis Episcopi Regnique Poloniae Cancellarii maxime illustris, è germana sorore nepos.

** Tunc Maecenas liberalissimus, Archiepiscopalis subditi, *Clementis Janicii*, Poëtarum genere Elegiaco tempestate illa principis qui *Cricium*, Archipraesulem et dominum suum, aeternitate donavit.

*** *Stanislao Gorscio*, *Cricii* aequali maximeque familiari, sic perhibente.

Exstat istius *Cricii* Archipraesulis et Primatis vita, ab aevi ejus auctore, *Stanislao Gorscio*, Canonico Cracoviensi

ensi atque Plocensi, accuratissime et liberrime scripta; quae *Cricii* ipsius Operibus Anecdotis, est praefixa. Memorabilia ea †, quae *Stanislaus Buzen- sci*, Gnesnensis atque Cracoviensis Canonici, idemque Regni Cancellariae Praeses, in Vitis Archiepiscoporum Gnesnensium et Regni Poloniae Primatum MSStis, p. 770 — 803, de *Cricio* Archiepiscopo et Primate retulit: è Regni Tabularii monumentis potissime hausta sunt. Vitae *Petri Kmitae* auctor quidem incertus, sed fide dignus: in Editione Dobromilensi, p. 283 — 285: Gedanensi, p. 227: Lipsiensi, p. 1617: *Cricii* artes secretas agendi, occasione monente, palam indicavit. *Vulgaria Stephanus Damalevicius*, Regularium Canonorum Calissii Praepositus, *Matthiaeque Lubicensii* Archipraesulis Gnesnensis et Primatis Poloniae quondam Theologus, in Serie Archiepiscoporum Gnesnensium, p. 288-293: et *Franciscus Rzepniewicz*, Societatis Jesu è Provincia Poloniae Maioris Presbyter, in Vitis Praesulum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Tomo I, p. 113 sq, de *Cricio* exposuerunt.

† Quorum excerptum *Laurentius Mizlerus de Kolof* dedit in Actis Litterariis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Anni

MDCCLV, p. 164—168.

Magnificè *Cricii* hujusce Archiepiscopi atque Primatis dotes ingenii, *Philippus Padnievius*, Cracoviensis Pontifex, in opere nondum evulgato, De Viris Aetatis suae et Gentis Illustribus Cap. I, atque *Stanislaus Lubieński* Plocensis Praesul, in Serie, Vita, Rebus Gestis Episcoporum Plocensium p. 160 sq, praedicarunt. Monumenta ejus nobilestima illa nobis innotuerunt:

- I.) In Augustissimum SIGISMUNDI Regis Poloniae et Reginae *Barbarae* Connubium: *Andreae Cricii* Scholastici Posnaniensis Carmen heroicum. *Cracoviae* ex Aedibus providi viri, domini *Joannis Haller*. Anno a salutigeri Incarnatione Millesimo quingentesimo ac duodecimo. Tertiodecimo Kalendas Martias. 4.
- II.) *Andreae Cricii* Scholastici Posnaniensis, Encomium Divi SIGISMUNDI Regis Poloniae, post victoriam de Tartaris partam, apud castellum *Wiśniovice* * in Ducatu Volyniae. Elegis compositum. *Cracoviae* ex Officina domini *Joannis Haller*, civis Cracoviensis. Anno salutis nostrae mccccxii. Pridie Kalendas Junias. 4. Erat hujus opusculi longè rarissimi exemplar integrum Nesvisii in Biblio-

theca Principum Radiviliorum. E quo, *Josephus Andreas Comes Zaluscus*, Episcopus Kioviensis, calamo exscribendum curavit. In *Cricii* ipsius Operibus Anecdotis, p. 20 — 24, legitur.

* Milliaribus XII. à Luceoria civitate primaria distans: *Wiśniowieciorum* Ducum olim domicilium. A quibus, pactis connubialibus, ad Comites *Zamoyscios* transiit. Ab his autem, eadem ratione, ad Comites *Mniszechios* devenit.

III.) De victoria a Tartaris circà castellum *Wiśniowice*, anno Domini MDXII, die *S. Vitalis* Martyris reportata: *Andreae Cricii* Posnaniensis Scholastici, ad *Christophorum* de *Szydlovice* Castellani Sandomiriensem et Procancellarium Regni Poloniae, Epistola prosaica: manu exarata, Cracoviae in Bibliotheca Academica servatur. Quam inde obtentam, *Andreas Chrysostomus* Comes *Zaluscius*: Varmiae Princeps et Antistes, in Epistolarum Historico — Familiarium Tomo I, p. 17 — 23, recensuit. Epistolam eandem, *Stanislaus Gorscius*, Canonicus Cracoviensis atque Plocensis, Volumini ei: quo *Joannis Alberti*, *Alexandrique*, et *Sigismundi I*, Poloniae Regum Epistolae et Legationes, aliaeque res

memoratissimae comprehenduntur
sub ejus ferè finem, inseruit.

IV.) *Andreae Cricii*, nomine *Barbarae*
Reginae, ad SIGISMUNDUM Regem Polo-
niae, Moscorum in Alba Russia victo-
rem, Epistola:

Elegis conscripta: insertaque Illu-
strum Virorum, de memorabili cae-
de Moscorum, per Serenissimum ac
Invictissimum D. SIGISMUNDUM Regem
Poloniae, apud aras ALEXANDRI Magni
peracta, Carminibus; quae Joannis
Lascii Archiepiscopi Gnesnensis et
totius Poloniae Primatis, Regisque
atque Regni Ordinum in Curia Ro-
mana Legati Maximi, cura et imper-
sa, Romae sine Typographi indicio,
anno MDXV, forma 4, foràs data sunt.

V.) Epistolae ad SIGISMUNDUM Primum
Poloniae Regem, in Hungaria Au-
striaque agentem, *Barbarae* Reginae
nomine, ab Ejus Cancellario *Andrea*
Cricio, prosa oratione scriptae: *Gor-*
sciano Volumini illi sunt immistae,
quo Joannis *Alberti*, *Alexandrique*,
et *Sigismundi I.* Poloniae Regum Epi-
stolae selectiores continentur,

VI.) *Andreae Cricii* Deploratio imma-
turae mortis *Barbarae*, Uxoris *Si-*

gismundi Primi Regis Poloniae, heroicis versibus scripta: *Cracoviae*, è typographæo *Halleriano*, MDXV, 4.

Deest in *Zalusiana Bibliotheca* exemplar excusum. Illud tamen Carmen, in *Cricii* ipsius Operibus *Anecdotis*, p. 48—51, invenitur.

VII.) *Andreae Cricii*, Posnaniensis Cathedralis et S. *Floriani* apud Cracoviani Praepositi, *Epithalamium Divi SIGISMUNDI Primi Regis*, et *Inclytæ BONÆ Reginae Poloniae*, Carmine heroico. *Cracoviae*, è typographæo *Halleriano* editum, anno MDXVIII. 4.

Opusculum adèò rarum, ut *Kioviensi Praesuli Comiti Zaluscio*, monumentorum domesticorum indagatori summo, nullibi obvenerit. Calamo perscriptum, reperitur in *Actionum Regiarum Sigismundi Jagellonii Volumine Tertio*: ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinente: p. 47—57-

VIII.) SATYRA in exercitum auxiliarem, à Principibus Germaniae missum, *Alberto Marchioni Brandenburgensi*, Magistro Cruciferorum in Prussia, contra SIGISMUNDUM Primum Regem Poloniae, anno MDXX. Elegis contexta: sine Auctoris atque Typographi, loci-

que mentione: anno eodem, forma ⁴, in lucem prodiit. Locumque, in SIGISMUNDI JAGELLONII *Actionum Regiarum* Volumine Tertio, suprà memorato, p. 933—936 nacta est; ubi *Andreae Cricio*, Secretario Regis praecipuo, à *Stanislao Gorscio* verbis disertis attribuitur.

IX.) *Andreae Cricii*, Cathedralis Posnaniae, Divique *Floriani* Cracoviae Praepositi, et Secretarii Regii, Epigrammata plurima. Quae *Rudolphi Agricolae Junioris*, *Joannis Benedicti Alberti à Costen*, *Pauli Crosnensis*, *Jodoci Ludovici Decii*, *Martini Dobrogosti*, *Philippi Gundelii*, *Nicolai Hussoviani*, et *Nicolai Jaskieri*, *Mathiae de Miechovia*, *Mathiaeque Pyrserii*, *Matthaei Shamotuliensis*, *Stanislai Zaborovii*, atque aliorum Virorum, ingenii eruditionisque opinatione tunc in Polonia notissimorum editis. Operibus praefixa sunt.

X.) *Philippi Callimachi Experientis*, ad *Innocencium Octavum Pontificem Maximum* Jenua ortum, de bello inferendo Turcis Oratio. Apud candidam Cracoviam, Regiam Poloniae, impensis sumtu et opera, spectatae integritatis viri, Domini *Joannis Hal-*

ler, ejusdem Civitatis à consiliis. Anno à partu virgineo Millesimo quingentesimo vigesimo quarto: mense Januario. Forma 4.

Editioni huic longe rarissimae, praemissa est *Andreae Cricii* Episcopi Premisliensis, ad *Petrum Tomicium* Posnaniensem Antistitem et Regni Poloniae Procancellarium Avunculum suum Epistola. In fine accesserunt: *Andreae Cricii* Encomium Divi SIGISMUNDI Regis Poloniae, post Victoriam de Tartaris partam, Elegis compositum: ejusque Epistola, nomine *Barbarae* Reginae, ad SIGISMUNDUM Regem Poloniae, Moscorum in Alba Russia victorem, Elegis conscripta: de quibus, num: II, et IV, iam diximus. *Callimachi* Orationi eidem etiam addita sunt, *Petri Ricinii*, *Mathiaeque Pyrserii*, et *Stanislai Hosii*, in Laudem ipsius *Philippi Callimachi* *Experientis*, per Celeberrimum Episcopum Premisliensem, Dominum *Andream Cricium*, ab interitu vindicati, Carmina Elegiaca.

XI.) ENCOMIA * LUTERI: *Andrea Cricio*, Episcopo Premisliensi, editore. *Cracoviae*, in aedibus *Hieronymi Vietoris*, MDXXIV. 8. Exstat hujus opusculi principio: SIGISMUNDI Primi Regis

Poloniae Edictum, contra *Martini Luteri*, ejusque sequacium libros, Cracoviae sabbato ante festum Nativitatis Sanctissimae MARIAE Virginis, MDXXIII: publicatum. Subiungitur ei: *Andreae Cricii* Premisliensis Episcopi, ad Divum SIGISMUNDUM Polonorum Regem, Epistola; cui neque locus, neque dies, nec annus est appositus. Producentur deinde: in *Martinum Luterum* ejusque sectatores: *Joannis Cricii* **, *Matthaei Comorovii*, *Petri Ricinii*, *Stanislai Slomovii* ***, et *Decii Philomusi*, aliorumque Carmina invectiva genere vario.

* Inscriptione hac satyrica malè intellecta Theologi Hispani, *Cricium* Praesulem innocentissimum, propter illud opusculum, inter Auctores primae Classis damnatae memoriae connumerandum putarunt: eo quidem in *Indice*, qui *Antonii à Sotomaior*, è Sacro Ordine Praedicatorum Archiepiscopi Damasci, Supremique in Catholicis Regnis Hispaniarum Praesidis, et Inquisitoris Generalis jussu ac studiis diligentissimè recognitus, *Madriti* è typographeo *Didaci Diaz*, anno MDCLXVII, folii magnitudine in publicum exiit: p. 14, his ipsis verbis: *Andreas Cricius* Polonus Lutheranus, qui edidit encomia de *Luthero*, *Wittembergae*.

** Actionibus aliis, aut scriptis, haud cogniti.

*** Juvenis tum florentissimè: aetate adulta, Archipraesulis Leopoliensis à *Sigismundo Augusto*, Rege Poloniae, renunciati.

— *Encomia Luteri*. Editio altera ****: cui signa loci ac Typographi desunt: MDXXIV, 4.

**** A Comite *Zaluscio*, Antistite Kioviensi, in Bibliothecae Polonae MStae Tomo I, p. 206, indicata. Ex ejus autem publica Bibliotheca furto abacta.

XII.) RELIGIONIS et REIPUBLICAE POLONAE QUERIMONIA, Carmine heroico: per *Andream Cricium*, Episcopum Premisliensem. Anno MDXXIV. Indita est *Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII* Volumini Quinto, Exempl. Bib. Acad. Cracovien. p. 61—69,

Kioviensis Praesul, Comes *Zaluscius*, in Bibliothecae Polonae MStae Tomo I, p. 206, *Criciani* illius Opusculi Exemplar, ab *Hieronymo Victore*, Typographo Cracoviensi, anno MDXXIV, forma 4 excusum, indicat. Quod nunc, in publica ipsius Bibliotheca, frustrà à nobis quaesitum fuit. Repertum autem est Exemplar recentius, cum inscriptione ejusmodi: *Religionis et Reipublicae Querimonia*, per ANDREAM CRICIUM, Episcopum Premisliensem conscripta: et jussu Illmi et Reverendissimi Domini, D. LAU-

RENTII GOSLICH, D. G. Episcopi Posnaniensis, è tenebris vetustatis eruta, et in lucem restituta per PAULUM PIASECIUM, Canonicum Posnaniensem. In Urbe *Posnania*: anno Domini MDCVI. 4.

XIII.) ANDREAE CRICII, Gnesnensis quondam Archiepiscopi et Regni Poloniae Primatis: PICTURA REIPUBLICAE Nostrae. Est è *Cricii* Opusculo praecedente excerpta: SIMONISQUE GORTII, Poëtae non inelegantis: *Querimoniae Ecclesiae CHRISTI sponsae*, Cracoviae typis Matthaei Siebeneycher, anno MDLXVII. forma 12 excusae, p. 39—41, subiuncta.

XIV.) *Andreae Cricii*, Episcopi Premisliensis, Cathedralisque tunc Canonici Cracoviensis, Oratio ad *Petrum Tomicium*, novum Pontificem Cracoviensem, in Templo Divae Virginis MARIAE: in Circulo Cracoviensi: maximo populi concursu, habita die VI Aprilis, MDXXIV. Inserta *Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII* Volumini Quinto, exempl. Bibl. Acad. Cracovien. p. 121—123.

Orationis hujus Exemplar Cracoviae typis exscriptum: inque *Zaluscii* Praesulis Bibliothecae Polonae

MStae Tomo I, p, 206 annotatum :
deest in ejus Bibliotheca publica.

XV.) Legationis celerrimae ac molestissimae, jussu SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae, in Hungariam ad sedandas ibi Procerum turbas, ab *Andrea Cricio* Episcopo Premisliensi, mense Octobri anni MDXXIV susceptae, Acta memorabiliora: in SIGISMUNDI JAGELLONII *Actionum Regiarum* Volumine Quinto, è Cracoviensi Bibliotheca Academica huc advecto, p. 278—286, enarrantur.

XVI.) *Andreae Cricii*, Episcopi Premisliensis, ad JOANNEM ANTONIUM PULLEONEM Baronem Brugii, Nuncium Apostolicum in Hungaria, de negotio Prutenico * Epistola **. Cracoviae, per *Hieronymum Vietorem*, anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. 4. Cui *Gorscius*, in *Actionum Regiarum* SIGISMUNDI JAGELLONII, Exemplaris Academiae Cracoviensis, Volumine Quinto, p. 491—502, locum suum assignavit.

* Hoc est: de *Alberto* Marchione Brandenburgensi, ex Magistro Ordinis Teutonici, Duce in Prussia, et Principe fiduciario Regni Polonici, per *Sigismundum* Regem Poloniae legitime facto.

** Quae Curiam Romanam mirè offendit: *Clementisque* VII. Pontificis Maximi animum à *Sigismundo* Rege prorsus alienavit. Eandem ob Epistolam à pontificatu *Clementis* VIII. Patrum à Sacra Synodo Tridentina delectorum Decreto: *Cricii* nomen apud Polonos Orthodoxos tam sanctum, tamque inclytum, *Auctorum Prohibitorum indicibus* † cunctis, in Appendice primae Classis, inseri consuevit.

† Quorum omnium primus ille: qui S. D. N. *Clementis* Papae VIII. iussu Romae recognitus, Coloniae autem apud *Goswinum Cholinum*, anno MDXCVII, forma 12 publicatus est: p. lb. *Andream Cricium* Polonum, Auctorem prohibitum primae Classis pronuntiavit.

XVII.) Legatio secreta, SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis Magnique Lituaniae Ducis nomine, apud *Albertum* Marchionem Brandenburgensem et Ducem in Prussia, per *Andream Cricium* Episcopum Premisliensem, anno MDXXV peracta. Exstat in *Zalusciano* Miscellaneo Volumine MSto ccxxv b, p. 73—81.

XVIII.) Ad SIGISMUNDUM Primum Regem Poloniae Magnumque Ducem Lituaniae: *Andreae Cricii* Premisliensis Episcopi Deliberatio, de Responso * Delegatis Civitatis Gedanensis dando,

MDXXV. Exstat in *Actionum Regiarum*, Exemplaris *Carncoviani*, Tomo VII, fol. 373—375; *Carncovio* ipso, in *Compendio Actionum* illarum, post medium anni MDXXV, nobis significante.

* Suadet *Cricius* Maiestati Regiae, ut *Gedanensibus* Delegatis cum severitate, quanta fieri possit, maxima respondeatur.

XIX.) SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae et Magni Ducis Lituaniae Responsum ad Delegatos *Gedanenses*: ab ipso *Andrea Cricio* Premisliensi Episcopo, Majestati Regiae subministratum: in *Actionum Regiarum* Tomo VII. Exem: *Carncov.* Volumineque Quinto Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. locum ferè postremum occupat. Deliberatio praevia, in Cracoviensis Academiae Codice, desideratur.

XX.) Statuta Synodi Dioëcesanae, à Reverendissimo Patre Domino *Andrea* Episcopo, et Venerabili Capitulo, totoque Clero Premisliensi, die IV mensis Octobris MDXXV Premisliae in Ecclesia Cathedrali celebratae, in Tabulario Cathedralis illius Ecclesiae adhuc latitare: è Comitibus *Zaluscii*, Episcopi Kioviensis, Codicum MSSorum,

alienis in Bibliothecis, à se ipso visorum et perlectorum, Indice Altero, p. 6 b. cognoscitur.

XXI.) De SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae gestis in Civitate Gedanensi commentarius diurnus: ad Bonam Sfortiam Reginam, per *Andream Cricium* Episcopum Premisliensem, Regisque à latere Consiliarium, conscriptus à die XVII Aprilis, usque ad diem XXIV Junii MDXXVI. Est *Dembowski* Miscellanei Voluminis Secundi MSti dimidio priori insertus. Deest autem in *Sigismundi Actionibus Regiis*. Quarum Tomus VIII *Zaluscianus*, fol. 41a—90a: Volumenque Sextum Cracoviensis Academiae, p. res illas Gedanenses, è publicis Tabulis, plenè perhibent.

XXII.) Ad SIGISMUNDUM Primum Regem Poloniae et Magnum Ducem Lituaniae, negotiorum mora longa Gedani detentum, *Andreae Cricii* Episcopi Premisliensis Carmen Elegiacum. Est praecedenti Commentario annexum: seorsimque *Sigismundi Actionum Regiarum* Tomo VIII. *Zalusciano*, fol. 91 sq: et Volumini Sexto Cracoviensis Academiae, p. inditum.

XXIII.) Legationes magnae, quibus SIGISMUNDI JAGELLONII Poloniae Regis nomine, apud *Ludovicum secundum* Hungarorum Regem: post ejusque interitum, apud Regni Hungarici Ordines, *Andreas Cricius* Episcopus Premisliensis, annis MDXXVI et MDXXVII functus est: in *Actionum Regiarum* Tomo VIII et IX, Exempl. *Zalusc.* inque Volumine Sexto, Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. partitim traduntur.

XXIV.) *Andreae Cricii* Episcopi Premisliensis, Epitaphium *Ludovici secundi* Regis Hungariae atque Bohemiae, in Mohaciensi praelio à Turcis occisi, Elegis concinnatum. In *Sigismundi Jagellonii Actionum Regiarum* Tomo VIII, Exempl. *Zalusc.* fol. 221a: inque Volumine Sexto, Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. p. 252a sq. invenitur.

XXV.) Epitaphium NICOLAI FIRLEY herois Poloni Adolescentis, Socaliensi in pugna à Tartaris interemti, per *Andream Cricium* Episcopum Premisliensem, Elegis itidem confectum. In SIMONIS STAROVOLSCH Monumentis Sarmatarum, p. 728 legitur.

XXVI.) DE AFFLICTIONE ECCLESIAE, commentarius in Psalmum XXI, per An-

DREAM CRICIUM Episcopum Premisliensem, Cracoviae impressus per Hieronymum Vietorem: mense Januario anni MDXXVII. 4.

Editioni huic adiectae sunt, ANDREAM CRICIUM ipsius Elegiae tres terribissimae: in imaginem passi Redemptoris Nostri: inque Virginem Mariam sub Cruce: et ad afflictam Ecclesiam.

—Idem liber sic inscriptus: DE AFFLICTIONE ECCLESIAE, commentarius in Psalmum XXI: juxta receptam Ecclesiae lectionem: per R. P. D. ANDREAM CRICIUM Episcopum Premisliensem. Sine loci et typographi significatione. Forma 4 maiori.

Praefixa est Editioni isti: GEORGII SAUROMANI Silesii Epistola, ad Principem STANISLAUM THURSONEM Episcopum Olomucensem, Romae data Kalendis Aprilis, anno à partu Virginis MDXXVII.

XXVII.) De concilianda inter JOANNEM ZAPOLIUM atque FERDINANDUM AUSTRIACUM Hungarorum Reges pace, Legatio SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis nomine, per Andream Cricium designatum Episcopum Plocensem, Olo-

Olomucii exeunte mense Maio anni MDXXVII coepta: in *Actionum Regiarum* Tomo IX, publicae Bibliothecae *Zaluscianae* proprio, fol. 94a—102b: inque volumine Sexto Exemplaris illius, quod ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinet, p. 458a—465b, exhibetur.

XXVIII.) Legatio, tatus Masoviae Ducatus Regno Polonico iterum adjuncti nomine, ad SIGISMUNDUM Primum Polonorum Regem Magnumque Lituano-
rum Ducem Vilnae in Lituania agentem, *Andreae Cricio* Episcopo Plo-
censi, à congregatis in Urbe Varsavia Regni Universi Ordinibus, xx Fe-
bruarii MDXXIX commissa: in *Actionum Regiarum* Tomo XI, Exempl. *Zalusc*: fol. 41a—51b: inque Volumine Septimo, Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. p. 675—693, exponitur.

XXIX.) *De Ratione et Sacrificio Missae Andreas Cricius Episcopus Plocensis.*

AD LECTOREM.

Scire cupis, sacrae quid sit liturgia Missae?

Quove sit illa modo? singula quidque notent?

Quam bene sanxerunt prisci; quae monstra scelesti

Nunc refutant; facile hinc discere cuncta potes.

Libellus hic, Lector, tres continet partes. Prima, quale sit Missae sacrificium: secunda, quomodo dignè peragatur: tertia, quae caeremoniae competant, et quid illae significant breviter ostendunt, intextis plerisque aliis, pro ratione horum temporum. Quae te legisse non poenitebit.

Cracoviae per Mathiam Scharffenberg MDXXIX. Forma 8 maiori.

Praemissa est libro illi Praefatio ejusmodi:

STANISLAUS HOSIUS, Candido
Lectori Salutem!

Simul atque certior factus est amplissimus idemque doctissimus Antistes Plocensis, adeò divini cultum omnem ab impia haereticorum turba contentui habitum esse et abrogatum, ut non arae solum ipsas et sacra omnia è sacris aedibus exturbarint, sed et sacrosanctum CHRISTI corpus sanguinera (qua sunt profligati homines et perediti audacia et impudentia) parum honorifice tractarint, et omnibus vexarint contumeliis: putavi sibi faciendum, ut et gregi suo caveret, ne quia illi mali propter vicinum malum accideret, neve sanguis illius de manu speculatoris requireretur et sacra pariter omnia, cultumque Dei, et ritum ecclesiasticum à contentu scelestorum vindicaret et assereret. Id quod quanta ab illo felicitate confectum sit, facile Lector candide existimare po-

teris, si paulò librum accuratiùs legeris. Illud equidem affirmare aùsim, hoc argumentum à nemine unquàm vel doctius esse tractatum, vel elegantius. Quamobrem, ut primum ejus mihi libri copia facta est, ommittere nolui, ut studiosorum, Sacerdotum praesertim coetus, tanta utilitate careret. Nequè id solum dèdi operam, ut quam emendatissimus in lucem prodiret; sed et indicem praeterea adjiciendum curavi, quo faciliùs omnia quae velles reperire posses. Vale. MDXXIX.

XXX.) *Oratio Andreae Cricii Episcopi Plocensis, in postulando ad Regnum Serenissimo SIGISMUNDO, ejus nominis Secundo, Rege Poloniae electo: die trium SS. Regum Cracoviae habita, anno Domini MDXXX. Excusa, sine mentione loci et typographi, forma 4: exstat bis terve in Zalusciana Bibliotheca publica. Inestque Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII, Tomo XII Exemp. Zalusc. fol 21a—23b: et Volumini Octavo Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. p. 44—48.*

XXXI.) *Andreae Cricii Episcopi Plocensis, ad Clarissimum Heroem, Joannem Comitem de Tarnow, Russiae Palatinum ac Summum Exèrcituum Regni Imperatorem, Threnodia Valachiae, Carmine heroico. Cracoviae apud Hieronymum Vietorem MDXXXI. 4.*

XXXII.) Oratio *Andreae Cricii* Episcopi Plocensis, ad *Joachimum* Marchionem Brandenburgensem, Sacri Romani Imperii Archicamerarium et Principem Electorem: quum Cracovianam ad celebrandas cum *HEDVIGE*, filiae *SIGISMUNDI* Primi Regis Poloniae Sponsa sua nuptias ingrederetur: antea Urbem in campo dicta, mense Augusto anni MDXXXV: in *Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII*, Tomum XVI. Exempl. *Zalus.* fol. 239b sq: Volumenque Decimum Exempl. *Bibli. Acad. Cracovien.* p. illata.

— *Cricii* Episcopi ejusdem Oratio Genualis, inter Nuptiales caeremonias Serenissimae Dominae *Hedvigis*, filiae Regiae natu maximae, die XXIX Augusti in Thalamo habita: *Actionum Regiarum* Tomo eidem *Zalusciano* fol. 242a — 244a: Voluminique eidem Cracoviensi Academico, p. inserta.

XXXIII.) EPITAPHIUM Elegiaco Carmine, *Petro Tomicio* Episcopo olim Cracoviensi et Procancellario Regni Poloniae, Avunculo suo incomparabili: per *Andream Cricium* Gnesnensem Archiepiscopum Regnique ejusdem Primatem, XI Kalendas Decembris MDXXXV positum. Seorsim *Cracoviae*

impressum in Officina *Floriani Unglerii*, forma 4. Insertumque *Simonis Starovolscii Vitis Antistitum Cracoviensium*, p. 205 — 207.

XXXIV.) *Andreae Cricii*, Archiepiscopi Gnesnensis et Primatis Regni Poloniae, *Cantica Sacra*, Carmine Sapphico. Cum *Petri Ricinii*, ad Amplissimum illum Principem et Maecenatem, Elegia. *Cracoviae*, ex Officina *Floriani Unglerii*, in vigilia *S. Thomae Apostoli*, anno Domini MDXXXV. 8 Quae Comes *Zaluscius*, Kioviensis Antistes, *Cracoviae* in Bibliotheca Canonico-rum Regularium Custodum *S. Sepulchri Domini* apud Divam *Hedvigem* vidit, nancisci autem ipse nunquam potuit; quemadmodum è Librorum Rarissimorum, alienis in Bibliothecis, ab eo ipso Antistite deprehensorum et perlectorum Catalogo, p. 4 discitur.

XXXV.) *Dialogus de Asiana Diaeta*. Est scriptum mordacissimum, in eos Regni Senatores †, Equestrisque Ordinis Legatos ††, qui *Petricoviae* sub finem anni MDXXXV, *Sigismundo Rege* absente, Comitia generalia agitarunt: aevo seriore, sine Auctoris et Typographi, annique ac loci indicio, forma 4 palàm emissum. Quod *Gorscius*

Canonicus, *Cricio* Archipraesuli et Primati, Comitiorumque memoratorum praesidi ipsi, attribuit: inque ejus *Operibus Anecdotis*, p. 207—210 collocavit: et *Sigismundi Primi Actionum Regiarum* Volumini Decimo quarto, Exempl. Bibl. Acad. Cracov. fol. 158a—165b, inseruit.

† } Quorum actiones moresque ex annotationibus
 †† } nibus jucundissimis, à *Cricio* ipso subjectis, penitus cognoscuntur.

XXXVI.) *Andreae Cricii*, Gnesnensis Archiepiscopi Regnique Poloniae Primatis, Praefatio in vitam † *Petri Tomicii*, Episcopi Cracoviensis et Procancelarii Regni Poloniae, Avunculi sui et Patroni optimi.

† *A Stanislao Gorscio*, Cracoviensi atque Polonensi Canonico conscriptam, et *Sigismundi Primi Actionum Regiarum* Tomo xvi. olim Carnoviano, nunc *Zalusciano* appositam.

XXXVII.) *Andreae Cricii*, Sanctae Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis Archiepiscopi, Legatique Nati ac Primatis Regni Poloniae, ad universos Presbyteros totius Provinciae suae de Libris novis sive legendis, sive conscribendis, *Regulae Pastorales*.

Cracoviae, ex Officina *Floriani Unglerii*, anno Domini MDXXXVI, die XXVII Novembris. 4.

XXXVIII.) Negotium * matrimonii ANNAE ** Masoviae Ducis Virginis cum *Stanislao Odrowąsz* Podoliae Palatino: praescriptis à SIGISMUNDO rege et BONA regina conditionibus: per *Andream Cricium* Gnesnensem Archiepiscopum et regni Primate[m] Varsaviae tractatum MDXXXVI: SIGISMUNDI *Actionum Regiarum*, Exemplaris Academiae Cracoviensis, Volumini Decimoquarto, fol. 117a—130a, et Decimoquinto, fol. 20a—27b, insertum est.

* Cognitu maximè dignum: *Cricio* quidem omnium molestissimum, prout ipse in Litteris, ad Bonam Reginam scriptis fatetur.

** *Stanislai* atque *Janussii* ultimorum Masoviae Ducum, veneno necatorum, sororis germanae: Masoviticae Nobilitatis favore florentissimae: ideoque à Bona Sfortia, Regina Poloniae, odio summo habitae et modis omnibus vexatae.

XXXIX.) De SIGISMUNDI AUGUSTI *** Regis Junioris Amoribus: *Andreae Cricii* Regni Primatis, Epigrammatum libellus: per *Andream Cromerum* Bieccensem descriptus iv Kalendas Julias MDXXXVII. Forma 8. Exstitit Nesvisii

in Principum *Radiuiliorum* Bibliotheca; testante Comit^{is} *Zaluscii*, Praesulis Kioviensis, Codicum MSSorum alienis in Bibliothecis, à se ipso visorum et perlectorum, Indice Altero, p. 6b.

*** Quem puerum admodum, ab ipsa Matre *Bona Sfortia* Regina, arte amandi imbutum: Epigramma primum ostendit. Quod, in *Cricii* Operibus Anecdotis, à *Gorscio* collectis, frustra quaesiveris.

XL.) *Andreae Cricii*, Premisliensis primum et deinde Plocensis Antistitis, postremò Gnesnensis Archipraesulis et regni Poloniae Primatis, Opera *Anecdota* †, de SIGISMUNDI Primi Poloniae regis Magnique Lituaniae Ducis temporibus: è *Cricii* ipsius schedis, per *Stanislaum Gorscium*, Canonicum Cracoviensem atque Plocensem, BONAQUE SFORTIAE reginae Poloniae Secretarium collecta, et annotationibus propriis suis illustrata. Quibus, Vita Auctoris, per *Gorscium* eundem praemissa est. Folii magnitudine. Exstat Autographum *Gorscianum*, inter *Zaluscianae* Bibliothecae Volumina MSSa, num: CCXLI. Estque Apographum vetus ac nitidum, in Bibliotheca Presbyterorum saecularium S. Missionis Varsaviae. Complura alia

supersunt Exemplaria celeriter et vitiôsè descripta; sicut istud est, quod Nesvisii in *Radiviliana* Bibliotheca reperitur. Taliaque duo sunt, inter *Zalusiana* Manuscripta, num: CCXLII et CCXLIII. Quibus tamen aliqua singularia accesserunt: quae, in Autographo ipso, desiderantur.

† Prosa et Carmine. Quibus nunc percensendis, animi mei corporisque vires haud sufficiunt. Fuerunt *Cricii* Opera eadem, *Actionibus Regiis Sigismundi Jagellonii*, à *Gorscio* Tomo peculiari adiecta.

XLI.) *Andreae Cricii*, Cathedralis primum Posnaniae Scholastici, et *Barbarae* Reginae Cancellarii: Posnaniensis deinde Cathedralis, Cracoviensisque apud Divum *Florianum* Praepositi, et Secretarii Regii: postea Premisliensis, demùm Plocensis Episcopi: extrema autem aetate Archiepiscopi Gnesnensis totiusque Poloniae Primatis *Epistolae* ad Avunculum suum, *Petrum Tomicium*, Cracoviensem primum Archidiaconum Regiumque ad Principes externos Oratorem: deinceps Premisliensem, porrò Posnaniensem, denique Cracoviensem Pontificem, et Regni Procancellarium scriptae. *Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII*, Exemplaris

Carncoviani, Tomis XVI. prioribus Cracoviensis autem Academiae, Voluminibus II et III, itemque V—X. frequenter admodum sunt immistae.

XLII.) *Andreae Cricii*, Archiepiscopi Gnesnensis et Regni Poloniae Primatis, ad *Sigismundum* Seniorem Poloniae Regem et *Bonam* Reginam: Regiaeque Utriusque Maiestatis, ad Archiepiscopum et Primate[m] illum, *Epistolae*. Insunt *Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII*, Exemplaris *Carncoviani*, Tomo XVI et XVII: Cracoviensis autem Academiae, Volumini X, itemque XIV et XV.

CRICIO eidem Archiepiscopo ac Primati, à Principe JABLONOVIO Palatino Novogrodensi, in Museo Polono, p. 126. *Chronicon* †* *Polonorum*: ab alio autem Polyhistore †** excelso, in Lexico Universalis Polonico, foràs nondùm prolato, sub vocabulo *Krzycki*, Poëma in mortem *Barbarae* †***, uxoris *Sigismundi Augusti* Regis Poloniae et Magni Ducis Lituaniae, haud rectè describitur. *Desiderii Erasmi* Roterodami, Praepositi Daventriensis, ad *Andream Cricium* Episcopum Plocensem *Epistolae*: unà cum ejus *Epistolis* omnibus ad Viros principes et eruditos exaratis: in

lucem †**** prodierunt; quibus *Cricii* Episcopi ipsius ad *Erasmum* illum Epistolae adiunctae, à nominato Scriptore utroque purpurato perperam dicuntur. *Cricii* enim Praesulis ad *Erasmum* Epistola aliqua, neque typis excusa, neque calamo perscripta, potest deprehendi; quamvis *Erasmus* ipse, frequenter et Litteris humanissimis, et Carminibus eruditissimis, ab *Andrea Cricio* Episcopo Plocensi è Polonia sibi scriptis recreari atque excitari, in Epistola †***** ad *Christophorum Mesiam* Hispanum Friburgi Brisgoviae xxx Martii MDxxx data, gloriatur.

†* A *Mathia de Micchovia*, Canonico Cracoviensi, conscriptum: ab *Andrea* autem *Cricio*, Posnaniensi tunc Cathedrali Divique *Floriani* apud Cracoviam Praeposito, et Regio Secretario, praemissis Elegis suis Lectori commendatum.

†** Qui illustre nomen suum adhuc celari cupit.

†*** Quae *Cricio* nostro annis xiv supervixit. *Barbara* enim illa Princeps *Radivilia*, *Georgii* Ducis *Radivilii* Vilmensis Castellani filia, nata fuit anno MDxx: mortuo primo marito, *Stanislao Gastoldo* Trocensi Palatino: *Sigismundo Augusto* juveni Poloniae Regi et Lituaniae Magno Duci Vilnae clam nupta MDxlv: ibidem à Rege ipso, coram Senatu Lituario in Curiam coacto, pompa regali

producta uxorque declarata xv Kalendas Maii MDXLVIII: diademate Regio à *Nicolao Dzierzgovio* Gnesnensi Archiepiscopo et Regni Poloniae Primate Cracoviae in Aede Divi *Stanislai* redimita VII. Idus Decembris MDL: ibidemque morte extincta VIII. Idus Maii MDLII: unde corpus ejus exanime, apparatu Regio Vilnam deductum, inque Divi *Stanislai* Basilica ad latus *Elisabethae Austriacae, Sigismundi Augusti* Regis primae Conjugis, tumulatum est. Abupdè haec memorantur ab Historicis Nostratibus: praesertim à *Stanislao Orichovio*, in Annalibus Polonicis Editionis Dobromilen. p. 12, 74, 77 et 78: Germanen. p. 10, 61 sq: et 64 sq: Lipsien. p. 6, 1512, et 1513 sq: *Alberto Koialowicio*, in Historiae Lituanae Parte Altera, p. 404 sq: 408 sq, et 414—416: *Stanislao Buzenscio*, in Vita *Nicolai Dzierzgovii* Archiepiscopi Gnesnensis et Regni Poloniae Primatis, *Laurentii Mizleri* Actis Litterariis Regni Poloniae anni MDCCLV inserta, p. 243, 244, et 246: *Martinoque Francisco Wobe*, in Pinacotheca Familiae Ducalis *Radviliana*, p. 29. Mortuam hanc *Barbaram* Poloniae Reginam *Petrus Roysius* Hispanus, Juris-consultus atque Poëta, omnium tunc temporis in Polonia clarissimus, deflevit Carmine heroico: Cracoviae, per *Lazarum Andreae*, Pridie Nonas Junii MDLI, forma 4 excuso: ibidemque, per Heredes *Marci Scharffenberger*, mense Martio MDLIII, forma 4 repetito. Inter exequiarum sollemnia, Reginae illi in Urbe

Roma à Natione Polonica perhibita, *Georgius Ticinius Ruthenus*, poëtica et oratoria arte insignis, longa eam laudavit Oratione; quae ibi, typis *Vincentiï Bladi*, xvii Kalendaris Octobris MDLI, forma 4. divulgata fuit.

†**** In Epistolarum: Editionis peculiaris Londini, per M. *Flesher* et R. *Young*, MDCXLII, foliis integris nitidissimè excusae: Libro xviii, num: 16, p. 783 sq: xix, num: 14, p. 830 sq. xx, num: 85, p. 1041 — 1043: xxi: num: 64, p. 1127: xxii, num, 5, p. 1133 sq: xxiv, num: 13, p. 1307 — 1309: xxvi, num: 31, p. 1440 — 1443: xxvii, num: 23, p. 1532 sq. Inque Operum Omnium: Editionis splendidae Lugduni Batavorum, cura et impensis *Petri Vander AA*, MDCCIII. folio maiori adornatae; Tomi III. Parte priori, num: DCCCLXXIII, p. 897: DCCCXXXVI, p. 953 sq: DCCCLXIII, p. 980 sq: DCCCCLXXII, p. 1096 sq: et Parte posteriori, MLIV, p. 1193 sq: MLXIX, p. 1222 — 1224; MCXXXII, p. 1305 — 1307: MCCXCIII, p. 1515 sq.

†***** Adductae Editionis prioris, Libro xxv, num: 26, p. 1384; alterius autem, Tomi III Parti posteriori, num: MCIII, p. 1285 inserta.

Cricii Gnesnensis jam Archiprae-sulis, amicitias litteratas, commercia-que litteraria, cum externis Viris aliis doctrina celeberrimis, alibi attigimus. A quo nunc valdè defatigati atque debilitati discedimus.

XXIX.

JOANNES CUSANUS * juris peritus, totâ fermè Europa cum multo labore et molestia peragrata, Cracoviam devenit. Ubi *Textum Lecturae Quatuor Arborum, Consanguinitatis, Affinitatis, Cognationis Spiritualis, ac Legalis*: ex diversis harum Arborum Scriptoribus nouiter, clarè, et compendiosè congestum: ac candidissimis ornatissimisque viris, divinarum litterarum Doctoribus, venerabilibusque ingenuarum artium Magistris, insignis maioris Collegii, florentissimi Cracoviensis Studii, Collegiatis: dominis ac patronis suis observandissimis inscriptum: perque *Mathiam Scharffenberg*, impensis *Marci Scharffenberger*, Bibliopolae Cracoviensis, impressum: anno post Virgineum partum MDXXIX, nono die mensis Martii: anno verò peregrinationis suae, amore scientiae philosophicae, vigesimo septimo: forma 4, sub studiosorum oculos subjecit.

* In *Michaelis Maittaire*, *Annalium Typographicorum*, Tomi Secundi Parte priori, p. 256, commemoratur *Joannes Cusanus*: qui *Algorithmum projectilium de integris*, diligenti opera collectum, Viennae Austriae

anno Domini MDXIV, die XI mensis Julii, Hieronymo Vietori et Joanni Singrenio prae-
buerit forma 4 typis describendum.

XXX.

JOANNES CUSPINIANUS*, Urbis Vien-
nae in Austria Praefectus: vir tempo-
ribus suis doctissimus atque eloquen-
tissimus: amicitiae et concordiae in-
ter Maximilianum Romanorum Impe-
ratorem, Vladislaumque patrem atque
Ludovicum filium Hungarorum ac Bo-
hemorum Reges, et Sigismundum Re-
gem Polonorum, conciliator et confe-
ctor praecipuus exstitit. Isque Diarium
** de congressu *** Caesaris Maximiliani
Aug. et trium Regum, Hungariae, Bohe-
miae, et Poloniae, Vladislai, Ludovici
ac Sigismundi, in Urbe Viennensi facto
XVII Julii, anno CHRISTI MDXV, mense Au-
gusto illius anni: omisso loci et typo-
graphi indicio: forma 4 **** in publi-
cum edidit.

* Theotisco idiomate *Spieshammer*: ille ipse,
qui Bibliothecae Imperatoriae praefuit.

** Quod deinceps, *Cuspiniani* ipsius Operi
insigni, de Caesaribus atque Imperatoribus
Romanis subjunctum, Basileae apud Joannem
Oporinum MDXL. Francofurtique typis We-
chelianis apud Claudium Marnium et he-

redes *Joannis Aubrii* MDCC: folii magnitudi-
ne, in lucem exiit. E quo Opere rarior
obvio, à *Matthia Belio*, in litterarii sui
Apparatus ad Historiam Hungariae, Decer-
dis I, Monumentum VI. p. 280—302, trans-
latum est *Burchard Gotthelf Struve* Dia-
riuni istud, in Scriptorum Rerum Germani-
carum, post *Marquardum Freherum* denique
recognitorum, Tomum Secundum, p. 587—
612, intulit: praefatione jucunda atque eru-
dita, de vita *Cuspiniani*, praemissa.

*** Congressus hujusce memoratissimi, monu-
menta secretiora *Stanislaus Gorscius*, Cano-
nicus Cracoviensis atque Plocensis, in *Actio-
num Regiarum Sigismundi Primi*, Tomo
III Exempl. *Zalusc.* Volumineque II Exempl.
Bibl. Acad. Cracovien. sub anno MDXV, poster-
ritati suppediavit.

**** Peculiaris illius Editionis, ipsa in Austria
inventu rarissimae, exemplaria duo Varsaviae
in *Zalusiana* Bibliotheca reperiuntur.

Idem *Cuspinianus*, Legatus † à MA-
XIMILIANO Imperatore, ad SIGISMUNDI Re-
gis et BONAE Reginae Poloniae festa
connubialia missus: Regem ipsum Ora-
tione publica salutavit. Quam, neque
Cuspinianus ipse, typis seorsim excu-
dendam curavit: neque *Jodocus Ludov-
icus Decius* †, Regius Secretarius et
Familiaris intimus, Diario Nuptiali,
crebrius à nobis adducto, inseruit.

† Secundi quidem ordinis. Nam princeps Legatus tunc *Laurentius Saurer*, Vicedominus Austriae, fuit. Uterque Regi, in convivio nuptiali, à dextra assedit.

†† Qui tamen, p. m. 35 *Cuspiniani*, Oratoris Caesarei, sic meminit. „Eoque die: nempe xvii Aprilis: Caesarei Oratores auditi „sunt, *Joanne Cuspiniano* perorante; qui „maximum Cesareae Celsitudinis, in Regem, animum singulari sermonis cultu indicavit. Eam ergò Orationem, ex nullo, „nisi propriae negligentiae defectu, non „obtinui. Quia tamen illum, virum doctissimum atque sollicitum scio. minus dolendum „venit. Dabit enim eandem, reliquaque fortè „in lucem. Cum enim ipse, istorum Principum reconciliationis primus fuerit auctor: „non immeritò se ipsum, haecque egregia „facta, posterorum memoriae commendabit.,

XXXI.

CASIMIRUS FLORIANUS Dux CZARTORYSKI, Cracoviensis primùm Canonicus Cathedralis, Posnaniensis deinde Antistes, postea Episcopus Vladislaviensis, designatus * demùm Archiepiscopus Gnesnensis totiusque Poloniae Primas: sapientiae et doctrinae, eloquentiaeque laudibus celebratissimus: Varsaviae: tempore Comitiorum Electionis JOANNIS III. Idibus Mais anni MDCLXXIV, mor-

talitatem exuit. Bibliothecam suam, auctoribus externis ac domesticis, patriarumque antiquitatum monumentis nondum editis, benè instructam, Ravennate Collegio Societatis Jesu donavit. Ejus facta praeclara, aevi ejus scriptores *Laurentius Joannes Rudawski*, in Annalibus Polonicis regnante Joanne Casimiro: *Vespasianus Kochowski*, in editis Annalium Poloniae Climacteribus III: inque Climactere IV nondum publicato: *Andreas Chrysostomus Primateps Zaluski*, in Epistolarum Historico-Familiarium Tomo I: auctorque ignotus, in vernaculo Diario Electionis Joannis III. MSSto, crebra occasione et *Stanislaus Buzeński*, in Vitis Archiepiscoporum Gnesnensium et Regni Poloniae Primatum foràs nunquam emissis, p. 1801—1822 notaverunt. De Principe eodem CZARTORYSCIO, *Caspar Nicolsiecki*, in vernaculi Operis Genealogico Tomo I, p. 371 sq, atque *Franciscus Rzepnicki*, in Vitis Praesulum regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae Tomo I, p. 180 sq, egerunt.

* A *Michaele* Rege, morti proximo: paulloque ante obitum suum confirmatus à *Clemente* Summo Pontifice.

Panegyrici vernaculi, à Principe
 isto Czartoryscio Cracoviensi adhuc Ca-
 nonico, mortuis Episcopis Poloniae il-
 lustrioribus, dicti: Sermonesque Eccle-
 siastici coram Joanne Casimiro Polo-
 norum rege, ab ipso iam Antistite Po-
 snaniensi habiti; Ravae, in Bibliotheca
 Collegii Societatis JESU, calamo descri-
 pti servabantur.

Principis autem hujusce CZARTORY-
 scen, Vladislaviensis Episcopi, Man-
 datum Pastorale ** ad universum Cle-
 rum et populum Dioecesis suae: de cau-
 telis in Processu contra Sagas adhiben-
 dis: sine loci et typographi significatio-
 ne, forma 4 excusum fuit.

** Smarzewitiis, Episcopali sede, die xi Aprilis,
 MDCLXIX, subscriptum. Quod nostra aetate,
 à Prussiae Sarmaticae Litteratoribus, Ge-
 dani in menstrui Operis, cui titulus: Preu-
 ssische Sammlung ungedruckter Urkunden.
 Nachrichten und Abhandlungen, Voluminis
 I, Sectione ix, p. 570 — 578, Latino sermone
 rursus est editum.

Christophori Antonii Comitis in Szupow
 Szembek, Episcopi Vladislaviensis, Monita
 Pastoralia, universo Clero et Populo Dioe-
 cesis Vladislaviensis, adversus eos, qui Co-
 gnitiones de Sagis sinistrè instituunt, Latine
 et Polonicè die xxvi Septembris, anno

MDCCXXVII, Vladislaviae data; Germanicè
sa, in Diario illo, quod Preussischer
Tempel inscribitur, p. 322—327 leguntur

*Electa divi AUGUSTINI, Ecclesiae
Doctoris. In Locos communes et
tentias, litterarum ordine, redacta:
pera Celsissimi Domini Casimiri
riani, Ducis in Klewan Czartoryski,
chiepiscopi Gnesnensis et Sanctae
Apostolicae Legati Nati, regnique
loniae Primatis et Primi Principis,
rante Thoma Stanislao Niemierza,
chidiacono Vladislaviensi: in mon
mentum gratae in tantum Principis
memoriae: è typographia Posnaniens
Collegii Societatis Jesu, anno Domini
MDCLXXXVIII, folii magnitudine prod
runt.*

b. SANDIVOGIUS de CZECHEL, Gne
nensis Canonicus Metropolitani: Sa
culi xv Theologus: vide SANDIVOGIUS.

XXXII.

a. JOANNES de CZELANCZ, Notarius
Conradi Ducis Masoviae et Russiae
Statutis et Privilegiis Masoviae, Duc
illius nomine, anno MCCCCLXXV conscri
ptis*, posteritati innotuit.

* Commemoratis a *Stephano Hankievicio*, in Synopsi Librorum Metricae Regni, per Suecos tum hostes receptorum, perque eosdem vigore Pacis Olivensis restitutorum, p. 13.

si b. NICOLAUS de CZYRSKO, Saeculi decimi quinti exitu vixit. Cognomen à patria sua **: Masoviae Ducum sede tum maxime inclyta, tulit. Cyrscensis Ecclesiae maior Vicarius fuit. Chronicon Ducum Masoviae scripsit: cujus fragmentum, à *Stanislao Szczygielski*, in Historia Monasterii Plocensis Ordinis S. BENEDICTI MSta, p. 8 sq. 12, 15, 17 sq, 21, 24, 26, 28sq, 33, 37, et 39 adducitur.

** Civitas haec, milliaribus quinque ab Urbe Varsavia distans: Cyrscum Latine vocatur ab *Andrea Swiencicio* Equite Masovio, in Topographia Ducatus Masoviae, *Mizlerianae* Collectionis Tomo I inserta, p. 486, *Czersko* nunc Polonicè dicitur.

XXXIII.

STEPHANUS DAMALEWICZ Polonus, *Vartae* cognomentum, ab oppido natali, ad ejusdem nominis fluvium, in Si-radiae Satrapia sito, assumsit. Theologi munere, apud *Matthiam Lubiensium*, *Vladislaviae* iam Antistitem, *Gnesnensem*que postea Archipraesulem atque Regni Poloniae Primate, functus est.

A quo Vladislaviensis* Ecclesiae Cathedralis, Crusvicensisque Collegiatae Canonatus opimiores obtinuit.

* Vilenſis Canonicus perperam dictus, à non temporis Praesule et Litteratore illustri, *Lexico Universali*, lingua Polonica compoſito: sub vocabulo *Damalewicz*.

Illis tamen spontè dimissis: Latranensibus Canonicis Regularibus apud Divum *Nicolaum* Calissii adscribi voluit. A quibus concorditer Praepositus electus est. Ab *Andrea* autem Comiti *Leszczyński*, Gnesnensi tunc temporis Archiepiscopo, Calissiensi primùm Archidiaconatu, et deinceps in Gnesnensi Archidioecesi universa, edendorum librorum Censor ordinarius constitutus fuit. Sunt penes nos:

I.) *Vitae Vladislaviensium Episcoporum*, jussu et auctoritate Illustriss. Reverendiss. Domini, D. *Matthiae Lubieński*, tunc Episcopi Vladislaviensis et Pomeraniae, nunc Dei Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopi Gnesnensis, Legati Nati, Regis Poloniae Primatis primique Principis. In quibus accuratè ipsorum successio, mores, et pro aris ac focis gesta negotia: complurium Ecclesiarum

rum, Coenobiorumque in Dioecesi Vladislaviensi initia: nec non diversi in Regno Poloniae eventus, jucunda rerum et orationis varietate exhibentur. Opera et studio R. P. *Stephani Damalewicz*, S. Th. D. Vladislaviensis et Crusvicensis Canonici, conscriptae. *Cracoviae*, in Officina *Francisci Caesarii*, anno Domini MDCXLII. Forma 4. Opus perrarum,

II.) *Stephanoma*, Praepositorum Vladislaviensium seriem et successionem complectens: variis gemmarum, plantarum, herbarum, florum, virtutibus intermicans. Perillustri et Admodum Reverendo Domino, D. *Stephano Casimiro Charbicki*, Praeposito Vladislaviensi, et Protonotario Apostolico, ad conservandum viridi et celebri recordatione Praedecessorum aevō succedenti decus, à *Stephano Damalewicz*, Vladislaviensi et Crusvicensi Canonico, concinnatum. *Cracoviae*, ex Officina *Valeriani Piatkowski*, anno MDCXLIII. Forma 4 min. Rara opella.

III.) *Series Archiepiscoporum Gnesnensium*, atque res gestae, è vetustis antiquitatum ruderibus collectae: et mandato, ac sumtu Illustrissimi et Reverendissimi Principis, D. *Mat-*

thiae Lubinski, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopi Gnesnensis, Legati Nati, Regni Poloniae Primatis primique Principis, in lucem productae: per Stephanum Damalevicium Vartam, S. Th. Doct. Canonorum regularium Congregationis Lateranensis. ad S. NICOLAUM Calissium Praepositum, quondam Illustriss. Celsitudinis Theologum. Varsaviae, typis Petri Elert, S. R. M. Chalcographi, anno Domini MDCXLIX. Forma 4. Opus longè rarissimum.

IV.) *Lux Ecclesiae Andreoviensis S. CATHARINAE, sive historica status, inventarii, et rerum gestarum Relatio, ab Alexandro Mathia Rudzki Vielunensis Collegiatae, ac ejusdem Ecclesiae Andreoviensis Praeposito, Protonotario Apostolico, facta. Annotationibus ab Illustri et Admodum Reverendo Domino Stephano Damalevicio, S. Th. D. Canonorum Regularium Praeposito Calissiensi, illustrata. Romae, è Typographia Michaelis Cortellini. MDCL. Superiorum permissu. Forma 4. Opusculum rarè obviū.*

V.) *Constitutiones Canonorum Regularium Lateranensium Domus Ca-*

lissiensis S. NICOLAI. Olim jussu piaae memoriae *Vincentii Coti*, Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopi et Primatis conditae: nunc autem auctoritate Illustr. et Rdssmi Principis ac Domini, D. *Andreae* Comitis á *Leszno*, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopi Gnesnensis, Legati Nati, Regni Poloniae Primatis primique Principis, recognitae: et juxta Sacrosancti Concilii Tridentini, ac Summorum Pontificum Reformationis Regularium Decreta, correctae per *Stephanum Damalevicz*, S. T. D. Ecclesiae S. NICOLAI, et dictae Domus Praepositum. *Romae*, typis Rev. Camerae Apostolicae. Anno Domini MDCLV. Superiorum permissu. Forma 4 mai. Opus maximè rarum.

VI.) *Vita S. BOGUMILI Archiepiscopi Gnesnensis, Eremitae Camaldulensis*. a *Stephano Damalevicio*, S. T. D. Canonorum Regularium Congregationis Censore Ordinario, ex antiquissimis gravium Auctorum Chronicis excerpta. *Romae*, typis *Ignatii de Lazaris*, anno partus Virginei MDCLXI. Superiorum permissu. Forma 8. Editio optima ac rarissima;
—*Varsaviae*, è Typographia Regii Collegii Scholarum Piarum, anno

Domini MDCCXIV. Forma eadem. Editio minùs nitida: inventu tamen difficilis.

Vita illa, ex editione Romana, in compendium redacta: unàque cum Commentario praevio atque Analectis *Danielis Papebrochii: Actis Sanctorum* mensis Junii Antverpiae foràs dati, Tom. II, p. 340 — 363, inserta.

Vita eadem, secundum Editionem Varsaviensem, Polonicè reddita per *Bartholomaeum Socolovium*, Canonicum Plocensem, atque Custodem Unieioviensem. *Calissii*, è Typographeo *Carncoviani* Collegii Societatis JESU, anno humanae Salutis MDCCXLVIII. Forma 4.

VII.) *Historia Ecclesiae Collegiatae Lascensis* ** in *Archidioecesi Gnesnensi*. Opus posthumum Reverendissimi olim Domini *Stephani Damalewicz*, Sacrae Theologiae Doctoris, et Canoniorum Regularium Congregationis Latheranensis *Calissii* ad S. NICOLAUM Praepositi: circa annum MDCLXIV demortui. Ex Auctoris schedis propriis, cura atque opera Illustrissimi et Reverendissimi Domini *Martini Comitis Zaluscii*, Proepiscopi Plocensis et Abbatis *Suleioviensis*, Praepositique *Lascensis*,

congestum. *Zalusiana* inter Volumina MSSa, forma 4, num: MMLI, repositum.

** *Clementis VII.* Romani Pontificis Maximi, atque *Sigismundi I.* Regis Poloniae consensu, à *Joanne de Lasko* inclytissimo Archiepiscopo Gnesnensi Primateque Regni magnifice excitatae ac dotatae.

XXXIV.

JOANNIS de CURIIS DANTISCI, Episcopi olim Varmiensis, *Poemata* è Bibliotheca *Zalusiana*, Vratislaviensis Bibliopolae *Ge. Gottl. Hornii* sumtibus, Lipsiae anno MDCCCLXIII, forma 8, conjunctim in lucem edita* sunt, à *Joanne Gottlob Boehmio*, Poëta ipso, atque Historico, aetate nostra florentissimo. Qui in Proemio, ad Urbis Gedanensis Senatum praemisso, *Dantiscae* Vitae omnium accuratissimè atque elegantissimè exposuit.

* Desunt tamen in iis: I.) *Joannis Dantiscae* Regii adhuc Scribae Carmen Elegiacum, *Joachimi Vadiani* Orationi ad *Sigismundum I.* Poloniae Regem, annexum. II.) *Joannis Dantiscae* Culmensis Antistitis Epigramma, *Joannis Campensis*. Psalmorum Interpretationi Paraphrasticae, praemissum. III.) *Joannis Dantiscae* Praesulis Varmiensis,

Elegia invectiva contra Gentem Judaicam, à *Sebastiano Slescovio*, in vernaculae Genealogiae Judaeorum Prooemio, foràs data. Quae tunc temporis Editori illustri mitti à nobis nondum potuerunt.

De Legationibus externis à *Joanne Dantisco*, Regio primùm Scriba intimo: Parocho deinde Golembiensi atque Gedanensi: Varmiensi postea Canonico: Culmensi demùm Episcopo: postremò autem Pontifice Varmiensi: *Sigismundi I. Poloniae regis*, Magnique Lituaniae Ducis nomine, praeclarè obitis: *Stanislaus Gorscius* Canonicus Cracoviensis atque Plocensis, idemque *Bonae Sfortiae* reginae Poloniae Secretarius, Volumen peculiare reliquit. Quod planè periit. Supersunt tamen Epistolae plurimae, à *Joanne* illo *Dantisco*, externis in Legationibus, ad SIGISMUNDUM I. Poloniae regem perscriptae. Quas idem *Gorscius Sigismundi Primi Actionibus regis*, loco suo interseruit.

His à Janocio jam dictatis: praelegi ipsi coepit, *Actionum Regiarum SIGISMUNDI Primi Volumen Tertium*, è Bibliotheca Academica Cracoviensi huc allatum; in quo SIGISMUNDI Primi Poloniae regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis Barensis nuptiae, fusissimè describuntur. Illoque

in Volumine, p. 59 sq. *Hymenaeus* †, *Joannis Dantisci* Secretarii regii, in Nuptiis SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Principis Mediolanensis Ducisque Barensis, Elegiaco carmine producitur. Etiam in hoc ipso Volumine, p. 75—141, *Jodoci Iudovici Decii* Wissenburgensis Diarium †† Nuptiale, SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis Barensis, sistitur: cui, *Joannis Dantisci* Epigramma in laudem Auctoris, est praefixum.

† Qui neque Janocio antea, nec olim ipsi *Zaluscio* Episcopo, Litteratorum Polonorum Principi, innotuerat.

†† Id Cracoviae, ex aedibus *Hieronimi Victoris*, anno MDXVIII. forma 4, seorsim divulgatum: è *Joannis Danielis Hoffmanni* Opusculo, de *Typographis Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae*, p. 9 cognovimus: indeque, in Janocianorum Volumine primo, num: XXII, p. 56, commemoravimus. Ipsum enim Exemplar à *Vietore* excusum, impetrari à *Zaluscio* Praesule, Bibliothecae tantae Conditore, nunquam potuit.

Idem Diarium, unà cum *Mathiae de Michovia Chronico Polonorum*, Cracoviae MDXXI denuo editum, ab *Hoffmanno* l. c. falso traditur.

XXXV.

JODOCUS, sive JUSTUS LUDOVICUS DECIUS Wissenburgensis, SIGISMUNDI I Poloniae Regis adhuc Secretarius, rerum Polonicarum libros tres: unum, de *Vetustatibus Polonorum*: alterum, de *Jagellonia Familia*: tertium, de SIGISMUNDI Regis *Temporibus*: suo Marte conscripsit. Quos conjunctim *, Maiestati Regiae dedicatos, Cracoviae, è typographeo Hieronymi Vietoris, anno Salutis MDXXI, folii magnitudine, in aspectum Polonorum protulit.

* Sic corrigi debuit error ille, qui in *Janocianorum* Volumine I, num: XXII, p. 57, commissus fuit.

De hujus *Decii*, Diario Nuptiali *Sigismundi Primi* Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis Barenensis, ea quae legas: quae, in hoc Volumine, num: praecedente, occasione praebita, inserti.

Occurrunt, in *Sigismundi Primi Actionum Regiarum* Voluminibus, Epistolae complurimae, ab ipso *Sigismundo* Rege, à *Petro Tomicio* Cracoviensi Episcopo Regnique Procancellario, ab aliisque Poloniae Proceribus, ad *Jodocum Ludovicum* eundem *Decium*, Offi-

cii Monetalis jam Praefectum supremum, de negotiis Monetalibus perscriptae, lectu sanè dignae: quas ego, visu adhuc destitutus, animique atque corporis viribus adèo exhaustus, ordine indicare non possum.

Vatibus iis, qui ab ipso illo *Decio* beneficiis cumulati, ejus nomen postèritati commendarunt: meritissimo adjungendus est *Joannes Mylius* Thuringus, *Chodkieviorum* Heroum iuvenum Cracoviae tunc praeceptor.

XXXVI.

ANTONIUS SEBASTIANUS DEMBOWSKI, Regni primum Cancellariae Maioris Praeses, deinceps Referendarius saecularis, Plocensisque et Bendzinensis Praefectus fuit. Postea verò, demortua uxore *Susanna Rupniewscia*, Episcopatum Plocensem obtinuit: è quo ad Vladislaviensem traductus, et Heroici Ordinis Aquilae Albae insigni condecoratus est. Gnesnensem Archiepiscopatum, *Christophoro Antonio Szembecio* morte extincto, frustrà petiit. E vita ipse exiit in Kalendas Octobris, MDCLXIII, octogenario maior. Bibliothecam, monumentis domesticis instructissimam, reliquit.

Is *Dembowscius*, Regni adhuc Re-
ferendarius, opus † haud contemnen-
dum, De Republica Polona, in usum
Nobilioris Juventutis Polonae, patriar-
um legum et consuetudinum, reliqua-
rumque rerum studiosae, lingua Gallica
conscripsit ††: quod nunc, inter *Zal-
scianos* Codices MSStos, forma 4, sub
numero MMLXX reperitur. Exstatque ibi-
dem, sub numero praecedenti, *Demb-
wscii* ejusdem opusculum Latinè scrip-
tum, cui titulus: Quid est Libertas.
Quaestio ab Asiatico investigata.

† Quo *Steinhaeuserus* ad conficiendum opus-
suum excitatus fuit.

†† Luci quidem communi id exponere noluit
privatim tamen cum optimo quoque commu-
nicavit.

De *Dembowscii* hujusce actionibus
scriptisque caeteris, jam sumus locuti
in *Polonia Litterata* nostri temporis
p. 18 sq: inque *Lexico Biographico Lit-
terario* Tom. I, p. 28 sq, et Tom. II, p.
177: ac denique in *Excerpto Polonicum
Litteraturae*: Vol. I, p. 58, et 113. *Fran-
ciscus Rzepnicius*, in *Vitis Praesulum
Regni Poloniae*, Tom. II, p. 84 — 86
Dembowscii istius Episcopi facta nar-
ravit.

XXXVII.

NICOLAUS DEMBOWSKI, praecedentis *Sebastiani*, germani fratris sui favore, Camenecensem Episcopatum, Miechoviensemque Praeposituram generalem, et Insigne Aquilae Albae est consecutus. Cujus denique cura, Leopoliensis Archiepiscopatus ipsi obtigit: quem tamen, morte interceptus *, adire nequit.

* xv Kal. Decemb. MDCCLVII.

In Ecclesia atque Republica Litteraria opere eo maximè innotuit, cui titulus iste praefixus est: *Processus Judiciarius in Causa*, inter Infideles Judaeos Dioecesis Camenecensis Podoliae, in materia Judaicae eorum perfidiae, aliorumque mutuo obiectorum: per recolendae memoriae Magnum Antistitem, *Nicolaum à Dembowa Góra Dembowski*, Episcopum Camenecensem, et Postulatum Archiepiscopum Metropolitanum Leopoliensem, die xxvii Augusti MDCCLVII expeditus. Nunc demùm, per *Casimirum Franciscum Kleyn*, Utriusque Juris Doctorem, et Canonicum Cathedralem Camenecensem, Apostolicum, Sedeque Episcopali Camenecensi vacante, Actorum Judicii Administrato-

rii Notarium: die 111 Octobris MDCCLVIII
in Cleri totius usum publicatus. *Leopoli*
typis Confraternitatis SSS. TRINITATIS
Cum Privilegio S. R. M. Forma 4.

Egit de *Dembowscio* illo, *Franciscus Rzepnicius*, in *vitis Praesulum Regni Poloniae*, Tomo III, p. 221 sq. Etiam nos de ipso, in *Lexico Biographico-Litterario*, Tomo I, p. 195 sq, et 211 Tomoque II, p. 193 sq, aliqua diximus.

XXXVIII.

DERSLAUS * de Borzynów, Cracoviensis Ecclesiae Cathedralis Archidiaconus, è vetusta et inclyta Zboroviorum domo ortus fuit. Ejus *Samuel Nakielscius* in Chronico Miechoviensi, p. 471, *Casparque Niesiecius* in vernaculo Operis Genealogici Tom. IV. p. 712, mentionerunt. *Sbignei Olesnicii* Episcopi Cracoviensis, ad *Derslaum Zborovium* Cracoviensem Archidiaconum Epistolae, locum suo à nobis sunt notatae. Catalogus Codicum MSSorum Cracoviensis Bibliothecae Academicae, p. 112, M. Derslai de Borzynow Zborovii, Archidiaconi Cracoviensis, Quaestiones Philosophicas indicat.

* Commemoratus in JANOCIANORUM Volumine II, num: xxxvii, p. 67 sq.

XXXIX.

JOANNIS DLUGOSSII, Latino vocabulo LONGINI, Cracoviensis Canonici: Vita beatissimi Stanislai, Cracoviensis episcopi, Polonorum protomartyris: ejus operibus praecipuis, inventuque rarissimis, annumerari solet. Antè alia omnia, à Dlugossò conscribi coepta, atque finita fuit. Primaque omnium ipsius operum, in lucem * publicam exiit.

- * Exemplorum excusorum principio, sic legitur: Vita beatissimi Stanislai Cracoviensis episcopi. Nec non legende sanctor. Polonie Hungarie Bohemie Moravie Prussie et Slesie patronor. In lombardica historia non contente. Sub ipsum finem verba illa adiecta sunt; Finit feliciter Vita beatissimi Stanislai Cracoviensis. episcopi et Polonorum. protomartyris missici: edita per egregium virum dominum Joannem Dlugosch canonicum cathedralis ecclesie Cracovien. Anno domini 1465. Et aliè legende sanctor: Polonie: Hungarie: Bohemie: Moravie: Prussie: et Slesie patronor. Impressum Cracovie in edibus providi viri Joannis Håller. Anno partus virginatis Millesimo quingentesimo undecimo: die Mercurij vigesima quarta mensis Decembris Forma 4.

Est haec vita, in *Actis Sanctorum Antverpiae promulgatis*, à *Daniele Papebro-*

chio è Societatis JESU Historico atque Cracoviano maxime celebri: in mensis Maii Tomo II, p. 202 — 280: ex *Halleriana* Editione repetita, notisque luculentis illustrata.

Vitae hujusce Autographum † membranaceum, à *Dlugosso* ipso in Cracoviensis Ecclesiae Cathedralis Tabulario depositum ††, ibi adhuc existit. Codex ei aetate proximus, penes *Thomam Plebanum*, Canonicum Visliciensem, Divi *Stephani* Cracoviae Praepositum, pietatis et doctrinae fama celeberrimum fuit. A quo, Societatis JESU Presbyteris: in Urbem Cracoviam, ejus consilio opeque, introductis: unà cum libris aliis Ecclesiasticis, tam calamo exaratis quàm artis typographicae primordio excusis, donatus ††† est. Cui nunc, oppresso Societatis JESU Instituto, Codex is cesserit: planè ignoratur. Chartaceus ille Codex, qui *Swidnicii*, Silesiae civitate florentissima, in Collegio Societatis JESU servabatur, ineuntis Saeculi XVIII scripturam †††† praeferibat.

† Cui, Sanctorum aliorum Legenda, non superaddita.

†† Commemoratum à *Zaluscio* Praesule in Codicum MSSorum, quos in Bibliothecis alienis ipse vidit ac perlegit, Indice Altero, p. 8.

††† Sicut à *Stanislao Czaplinscio*, Societatis

JESU Provinciae Polonae Sacerdote, in Historia Provinciae Polonae Societatis *JESU* MSSa, p. 53 sq, fusius narratur.

†††† Ita quondam judicante *Paulo Brycht*, Societatis *JESU* Theologo, nobis amicissimo. Qui, è Provincia Bohemiae atque Silesiae, in Lituanam transierat.

Possidebat Varmiae Praesul, *Martinus Cromerus*, rerum à Polonis gestarum scriptor maximè inclytus, grande et antiquum volumen*, complectens: Vitas Archiepiscoporum atque Episcoporum universi Regni Poloniae: opera venerabilis domini *Joannis Longini Gneznen.* atque *Cracovien.* Canonici: à primis religionis Christianae in Polonia initiis, ad sua usque tempora perductas. Quod, ut omnino in publicum ederetur, *Cromerus* Episcopus, Cathedralis Ecclesiae suae Canonico tunc doctissimo, cognoscendaeque et illustrandae domesticae antiquitatis inprimis studio, *Thomae Tretero* reliquit. Qui è volumine illo, Posnaniensium Antistitum vitas solummodò** emisit. *Tretero* subinde morte extincto: Codex *Cromerianus* intercidit.

* *Dlugossi* ipsius manu, ex magna parte scriptum et correctum: narrante *Tretero*, in Epistola illa, qua *Joanni Tarnavio*, Gnes-

nensi Archiepiscopo et Regni Poloniae Primati, editas à se *Dlugossi* vitas Episcoporum Posnaniensium dedicavit.

** Praefixo hoc titulo: *Vitae Episcoporum Posnaniensium*. Per Joannem Longini, sive *Dlugossium*, Canonicum Cracoviensem conscriptae. Nunc primum auspiciis Illustrissimi et Reverendissimi Domini, D. Joannis Tarnawski, Archiepiscopi Gnesnensis et Regni Poloniae Primatis, etc. Opera Thomae Treceteri, Custodis et Canonici Varsaviensis, S. R. M. Secretarii, cum earundem Supplemento in lucem editae. Anno Domini MDCIV. *Brunsbürgae*, typis Georgii Schoenfeld. Cum Privilegio S. R. M. Forma 4.

Superstites quidem sunt *Zamosciani* in Bibliotheca *** Academica: *Vite* *** et gesta Archiepiscoporum ecclesie metropolitane Cracovien., tum Episcoporum singulorum Cracoviensium. Viteque ***** et gesta Archiepiscoporum ecclesie metropolitane Gneznen., opera venerabilis domini Joannis Longini Canonici Cracoviensis. Uno eodemque volumine, membraneis foliis integris concinnatae; litteris, quae initiales vocantur, auro ac minio applicatis. Operis utriusque Codex chartaceus, post medium Saeculi superioris perscriptus, Varsaviae est inter *Zalusciana* volumina ***** MSSa. Cracoviensium Episcoporum vitis, in Exem

plari *Zalusciano*, *Mathiae de Miecho-*
via Cracoviensis Canonici Additamen-
tum accessit.

*** Annotante *Zaluscio* Antislite, in Codicum
 MSSorum, quos in Bibliothecis alienis re-
 perit et perlegit, Indice Priore, p. 29.

**** Quae lucem nondum adspexerunt.

***** Neque vitae illae in vulgus prodierunt.

***** Ordine ccxxi.

Lutetiae Parisiorum in Bibliotheca
 Regia † ostenditur ††: Chronicon Epi-
 scoporum Smogroviensis ††† et Bici-
 nensis Ecclesiae, quae nunc Wratsla-
 viensis appellatur: auctore *Joanne Lon-*
gini ††††, Canonico Cracoviensi: ineunte
 Saeculo decimo septimo, in membrana
 ††††, folii magnitudine, exaratum. Ope-
 ris ejusdem Codices chartacei, in Sile-
 siae Bibliothecis publicis, privatisque
 frequentes sunt: recentiore itidem aeta-
 te, celerique ††††† calamo conscripti.
 Conjici hoc haud dubie potest, è *Dlu-*
gossiano illo opere ipso, per *Frideri-*
cum Wilhelmum de Sommersberg,
Equitem Silesium, inter *Silesiacarum*
rerum Scriptores, Tomo II. p. 158—
 172, foràs educto ††††††.

† *Catalogi Codicum Manuscriptorum Biblio-*
thecae Regiae Parisiensis Tomo IV. p. 129,
 num: VMDXLI, indicante.

- †† *E Colbertina Bibliotheca huc translatum.*
 ††† Smogorzoviensis et Ritzinensis, in Regio
 hoc Codice, vitiosè dictae.
 †††† *Lonini* in Codicibus illis, qui Vratislaviae
 exstant, perperam nominati.
 ††††† Inditae loco suo picturae elegantes,
 Episcoporum stemmata oculis subjiciunt.
 †††††† Animadvertente Comite *Zaluscio*, Epi-
 scopo Kioviensi, in Codicum MSSorum,
 alienis in Bibliothecis, à se ipso visorum ac
 perlectorum, Indice Altero, p. 8.
 ††††††† Cum tali inscriptione: *Joannis Lonini*
Canonici Cracoviensis, Episcoporum Smo-
gorzoviensis et Bitzinensis, Quae nunc
Vratislaviensis, Ecclesiarum Historiae et
Acta.

Plociae, Episcoporum Urbis istius
 vitae, à *Joanne Longini* Canonico Gnes-
 nensi atque Cracoviensi, manu sua exar-
 ratae: quibus, in contexendo opere
 suo, probè est usus *Stanislaus Lubien-*
scius, Plocensis ipse Praesul, post ejus
 obitum, à milite Sueco, una cum aliis
 Monumentis Ecclesiasticis, è Tabulario
 Cathedrali sunt direptae. Vladislaviae-
 que, Antistitum illius Sedis vitae, ab
 ipso *Joanne Longini* relictæ: quæ
Stephanus Damalevicius, Vladislavi-
 ensis adhuc Crusvicensisque Canonicus,
 vitarum earundem scriptor diligenter
 adhibuit: fati ejusdem immanitate dis-
 perierunt.

Servatur adhuc Sandeciae, in Gzophylacio Coenobii † Virginum Religioſarum Divae *Clarae*, membranaceum volumen †† vetuſtum, cui inest: De vita, moribus et miraculis, glorioſe et beate femine *Kunegundis*, Polonie du- ciſſe virginis: ad reverendiſſimum pa- trem dominum *Jacobum* de *Sienco* Cracovien. eccleſie episcopum liber ††† ſingularis; opera venerabilis domini *Jo- annis Longini* Canonici Cracoviensis. Saeculi ſuperioris Codex chartaceus in- venit Varsaviae in *Zaluſciana* Biblio- theca †††† publica. Codicem chartaceum antiquiorem, olim Comes *Zaluſcius*, Kioviensis Episcopus, Cracoviae in Bi- bliothecae ††††† Domus Probationis So- cietatis JESU apud Divum *Matthiam* de- prehendiſit.

† In quo Diva *Cunegundis* annis xiii poſtremis latuit, ac diem ſupremum obiit.

†† Folii magnitudine. *Dlugossi* ipſius Autogra- phum, Sanctimonialibus illis Sandecenſibus ab Auctore legatum; aſſerente *Martino Francovicio*, in vita B. *Cunegundis* patrio idiomate publica p. 245.

††† Typis nunquam evulgatus.

†††† Inter volumina MSSa, folii magnitudine, num: ccxx.

††††† Quemadmodum, in Codicum MSSorum, alienis in Bibliothecis ab Episcopo ipſo re- pertorum et perlectorum, Indice Priore, p. 29b, memoriae mandatum eſt.

Restat denique Cracoviae, in Tabulario Cathedrali†*: Liber Beneficiorum sive erectionum et dotationum juriumque atque privilegiorum Ecclesie Cathedralis: et Ecclesiarum reliquarum ac Monasteriorum totius Dioecesis Cracovien: per Egregium Beneficiorumque Episcopum dominum Joannem Longini Canonicum Cracoviensem, operam diuturna collectus suaque manu accurate†** conscriptus. Folii magnitudine. Quo opere memoratissimo, *Samuel Nakiel-ski*, Regularium Canonicorum Custodum S. Sepulchri Cracoviae apud Divam *Hedvigem* Praepositus: atque *Aquilinus Michael Gorczyński*, Regularis Canonicus Lateranensis à Congregatione Cracoviensi: et *Stanislaus Szczygielski*, Benedictinus Bibliothecarius Tinecensis: aliique viri clarissimi, in conficiendis Ecclesiarum atque Coenobiorum illustrium Annalibus, benè sunt usi.

†* Referente *Zaluscio* Praesule, in adducto Codicum MSSorum alienorum Indice Priorum, p. 29 sq.

†** Neque typis excusus: neque manu alia exaratus.

Nominari praeterea debent: Bandera* Cruciferorum in Prussia, anno mcccc

contra Vladislaum Jagellonem Regem Polonie supremumque Ducem Lituaniae erecta, et per eundem in prelio Grunewaldensi prostrata, ac Cracoviani adducta: nunc coloribus suis representata, et historicis annotationibus per *Joannem Longini* Canonicum Cracoviensem illustrata, parvis foliis integris. Quorum Exemplar autographum **, Vilnae in Bibliotheca *** Academica: apographum **** autem Regiomonti Borussorum in Bibliotheca Arcis Regiae, asservatur. Oculis suis utrumque vidit Comes *Zaluscius*, Kioviensis Antistes: inque Codicum MSSorum alienorum Indice Altero, p. 8 sq, notavit.

* i e. Signa Militaria.

** Integrum.

*** In quam, ab *Anna Jagellonia* Poloniae Regina: una cum *Sigismundi Augusti* Regis Poloniae, fratris germani sui, libris historicis: illatum fuit.

**** Haud perfectum.

Neque vero sileri à nobis possunt *Dlugossiana* illa Monumenta, quae in Codicum MSSorum Cracoviensis Bibliothecae Academiae Catalogo, Sere-
nissimae Maiestati Regiae ante hos annos tres oblato, p. 104, 112 sq: et 116, producuntur. Videlicet:

Joannis Dlugossi Can. Cracovien. ad Sandivogium de Czechel Canonicum Gnesnensem, et ad Nicolaum Kozlovium Canonicum atque Professore Cracoviensem, in Sacra Synodo generali Basileensi agentes, Epistolae.

— ad Raphaelem de Skawina Canonicum atque Vicarium generalem Cracoviensem Epistola.

— Canonici Cracoviensis, et Legati Sbignei Olesnicii Cardinalis atque Episcopi, ad Nicolaum Papam Quintum Orationes III.

— ad Sbigneum Cardinalem et Episcopum Cracoviensem Epistolae.

— Canonici Cracoviensis ex Urbe reductis, ad Sbigneum Cardinalem et Episcopum Oratio; cum ei in Cathedrali Ecclesia pileum rubeum, et cappam rubeam baculumque argentum, Cardinalatûs insignia, unâ cum Litteris Apostolicis traderet.

— Can. Cracovien. ad Sbigneum Cardinalem et Episcopum Oratio; quando Capellanum novum introducebat.

— ad Nicolaum Papam Quintum Epistola, nomine Casimiri Tertii * Regis Poloniae et Magni Ducis Li-

tuaniae, contra Cruciferos Prutenos scripta.

* Qui crebrius *Jagellonides* à Nostratibus cognominari solet.

— Canonici Cracoviensis et Legati Regii, ad Hungariae Barones Oratio.

— Can. Cracovien. ad *Joannem* de Tenczyn Palatinum Cracoviensem Epistola.

— ad *Joannem* de Koniecpole Regni Cancellarium Epistolae II.

— Canonici Cracoviensis, et Legati *Casimiri* Regis Poloniae, ad *Friedericum* Romanorum Imperatorem Oratio contra Turcos.

— ad Georgium Bohemiae Regem Orationes II.

— ad Barones Regni Bohemiae Oratio.

— ad eosdem Epistola.

Joannis Dlugosch Senioris, **, Canonici Cracoviensis, ad Rudolphum Episcopum Levantinum et Sedis Apostolicae Legatum, Urbem Cracoviam ingredientem Oratio.

** Senioris appellatione, *Dlugossus* noster aetate proveciore, à fratre germano natu minori, sibi cognomine: Cracoviensi itidem Canonico: distingui voluit.

— Canonici Cracoviensis et Legati Regii, ad Duces et Barones Silesiae Orationes II.

— ad eosdem Epistolae II.

Joannis Dlugossi Can. Cracovien. ad *Martinum* de Premisla *** Canonicum atque Concionatorem Premisliensem, et ad *Michaelem Gozman* Canonicum Sandomiriensem, Epistolae.

*** Cujus Epistola propria, ad *Joannem Dlugossum* Seniores Canonici Cracoviensem, in Codicum MSSorum Cracoviensis Bibliothecae Academicae Catalogo, p. 168 notatur.

Eodem in Catalogo, p. 112, *Joannis Dlugossi* alias *Longini*; Can. Cracovien. Chronicorum sive Annalium Regni Poloniae volumina duo manca: et Chronici Episcoporum de Smogorzewice, deque Wratislavia, volumen unum integrum, sed vitiosum commemorantur.

Menti meae nunc occurrit: Chronicorum sive Annalium Incliti Regni Poloniae, opera Venerabilis viri domini *Joannis Longini* Canonici Cracoviensis, antiquitatum Gentis suae observantissimi. Codex antiquus *, chartae Augustae foliis integris elegantissimè atque accuratissimè

simè perscriptus, tria in volumina divisus. Quem olim *Christophorus Szydloviecius*, Castellanus Cracoviensis et Cancellarius regni supremus, proprium habuit: et cum Collega suo, *Petro Tomicio*, Cracoviensi Pontifice Regnique Poloniae Procancellario, mense Februario anni MDXXXVIII, communicavit. A quo, mense insequenti ejusdem anni, *Szydloviecio* redditus: mortuoque illo, ab ejus filia *Elisabetha*, Principis *Nicolai Radivilii*, Vilnensis Palatini Magnique Ducatus Lituaniae Mareschalci et Cancellarii Maximi, uxore Nesvisium in *Radivilanam* Bibliothecam delatus fuit. Ubi adhuc mense Septembri anni MDCCLX, *Josepho Andreae Comiti Zaluscio*, Praesuli Kioviensi ostendebatur **; prout à Praesule illo ipso, in Codicum MSSorum alienorum indice Altero, p. 9 litteris est proditum.

* Exhibens libros duodecim, ab ipsâ Regni hujus primordiis, ad Mensum Mayum Anni MCCCCXXX perductor.

** Codices alii memoratiores, ubinam vel fuerint, vel adhuc sint, *Janocianorum* Volumen II, num: xxxviii, p. 69 — 79, te docebit.

Seorsim *Konscii* †, in Bibliotheca Comitum *Malachowsciorum*, reperitur: *Joannis Dlugossi* alias *Longini* Canonici

Cracovien. civitatum et castrorum, montium, fluminumque ac lacuum Regni Poloniae descriptio †† MS, folio parvo Quae ab ipso *Dlugosso* suis Annalibus Regni Poloniae praemissa fuit: unaque cum iis Dobromili et Lipsiae in publicum prodit.

† Sandomiriensis Satrapiae oppido.

†† Chorographia Regni Poloniae, ab Auctore ipso inscripta. Quam foras nondum emissam *Joannes Albertus Fabricius* in Bibliotheca Latinae mediae et infimae aetatis, Hamburg. editae Libro IV, p. 125, Pataviique repetita Tomo II, p. 42: et *Christianus Gottlieb Joecherus* in Lexici Biographici Litterarii Theotisca lingua confecti, Tomo II, p. 157 aliique scriptores externi haud obscuri nominis, falso sunt opinati.

DLUGOSI opus peculiare, De Familiae Nobilitatis Polonicae, à *Mathia de Michovia* † Historico gravitate ac fide maximè nobis probato, in Chronico Polonorum, Lib. iv. Cap. LXXII, Edit. Cracovien. p. 543, Basileen. p. 235, fuit indicatum; à *Bartholomaeo* autem *Paprocio* Gentis Poloniae Genealogo excellentissimo, à *Josepho* que *Andrea Zaluscio* atque *Josepho Alexandro Jablonovio* Polonorum litteratorum principibus, in Bibliothecis Polonicis et Silesiacis, Bohemicisque, studio ac sumtu inani quaesitum.

† Cra-

† Cracoviensi Canonico ac Professore. Qui Cracoviae adolescens adhuc studiosus *Długossum* bene novit, ejusque fata posteritati verbis iis significavit: „Anno Domini „mccccclxxx, die Veneris xxix Maii, Vir „celebris conditione, ac insignis reputatio- „ne, *Joannes Długosz* Senior de Niedziel- „sko, Canonicus Cracoviensis, diem vitae „clausit extremum. Erat autem staturae „procerae, faciei gracilioris et macrae, nasi „longi et aquilini: aetatis grandaevioris et „provectae, ut ipse de se scripsit sexaginta „quinque annorum: moribus probus, virtu- „tibusque fulcitus, industria sagax et ser- „mone eloquens. Inter alia historiarum „maximus amator ac lector, et Chronico- „rum scriptor. Hujus *Aeneas Sylvius de Piccolominibus*, Poëta Laureatus, dein- „ceps Cardinalis et Papa creatus, *Pius* Se- „cundus vocatus, meminit: et in epistolis „*Sbigneo* Cardinali tituli Sanctae *Priscaë*, „Episcopoque Cracoviensi missis, magnifi- „cè extollit. Asserendo eum hominem do- „ctissimum, et in promptu habentem elo- „quentiam, multo sale conditam. Quem „praeter nullus tam clarè, tam disertè, „tamque prolixè, res Polonorum in pace „et bello intus et foris gestas, quoadusque „viveret, scripsit. Unde in hoc anno Domini „mccccclxxx. vita et Chronica ipsius finitur. „Praeterea scripsit diserto stylo Legendam „Beatissimi *Stanislai*, Praesulis Cracovien-

„ sis, et Patroni Polonorum gloriosi:
 „ tamque Beatae *Cunegundis*, Conjugis
 „ perpetuo Virginis *Boleslai* Pudici, Du
 „ ac Monarchae Polonorum, in Sandece
 „ Coenobio vita functae et sepultae. Scrip
 „ et Geographiam, immò verius Chorog
 „ phiam Regni Poloniae, urbes, castra,
 „ pida, flumina, montes, atque villagia, cu
 „ situs et dispositionis sint. Scripsit et
 „ bros Inventarios proventuum Cathedrae
 „ Ecclesiae Cracoviensis, et cunctarum
 „ clesiarum Collegiatarum, Conventualium
 „ et Parochialium Dioecesis Cracoviensis
 „ ad quem, vel ad quos pertineant, distri
 „ ctius annotando. Item scripsit Famili
 „ arma et clinodia Nobilitatis Polonorum
 „ cum origine et causa eorum: et alia op
 „ ra, Regno Poloniae frugi et decori
 „ aeternum paritura. Erudiebat, Praecept
 „ constitutus, illustrissimos Natos *Casimi*
 „ Terti Regis Poloniae. Quibuscum
 „ paucis. annis contritis, dum postulatus
 „ electus fuisset in Sedem Archiepiscopale
 „ Leopoliensem, obiit antequam consec
 „ retur, anno, mense et die, quibus sup
 „ in Ecclesia *S. Stanislai* Casimiriae Crac
 „ vien. de Rupella nominatae, juxta sep
 „ chrum Beatissimi *Stanislai* tumultatus.
 „ jus Ecclesiam praefatam in Rupella, pe
 „ sonis religiosis *Pauli* Primi Eremitae,
 „ provisionibus largis ac privilegiis
 „ providerat ac dotaverat. Principibus
 „ Regis, ipsius discipulis, cum coetu

„ versitatis Praelatorum ac Populorum, fu-
 „ nus ejus sequentibus, et exequias coh-
 „ nestantibus. Quibus interfui, et praedicta
 „ omnia vidi. „

XL.

MICHAEL ERNESTUS DLUGOSSUS exitu
 Saeculi superioris vixit. Eoque opusculo
 annotuit, cui titulus: Magni *Joannis Ter-*
tii, Serenissimi, Potentissimi et Invictissi-
 mi Poloniarum Regis, Magnique Ducis
 Lituaniae, etc. etc. etc. Augustum Vien-
 nense, *Veni, Vidi, Vici*, Numine vin-
 dice, victricibus armis, immortalī fa-
 ma felicissimè assertum anno Sal. Rep.
 MDCLXXXIII. Quod non suae magis Aeta-
 tis, quam Posterorum memoriae, digna
 rei tantae gestae fide commendare voluit
Michael Ernestus Dlugossus. Typis
 Monasterii B. M. V. *De Oliva*, imprime-
 bat *Joannes Jacobus Textor*, MDCLXXXIV,
 Forma 4.

XLI.

JOHANNES A DOBENEK, Pomesaniensis in
 Prussia Episcopus, apud *Sigismundum*
 Primum Poloniae Regem, Ordinis Teu-
 tonici nomine, Legationes frequentes
 obivit. Cracoviensi Academiae amicis-
 simus fuit; in qua Prutenos iuvenes

nobilissimos * sumtu largo aluit. Mortuus est anno CHRISTI MDXXIII. SIGISMUNDUS Primi Regis Poloniae, ad Jobum Episcopum Pomesaniensem: ipsiusque Episcopi, ad Regem eundem Epistolae: *actionum Regiarum Sigismundi Primi Exemplaris Carnoviani*, Tomis prioribus, loco suo sunt insertae. Agnoscitur de *Jobo à Dobenek*, Episcopo Pomesaniensi, Auctor ignotus in opere Polonico MSto, De Prussicarum Familiarum Insignibus Gentiliciis, p. 1103: *Casparus que Niesiecius* in vernaculi operis Genealogici Volumine II, p. 44. De *Jobo Praesulis* hujusce meritis in *Prussianique studia litteraria Prussorum, Georgii Christophori Pisanscii*, Rectoris Gymnasii Cathedralis Regiomontani commentatio peculiaris Theotisco sermone scripta, Regiomonti anno MDCCCLXX forma 4 prodiit.

* E quibus *Fabianus à Cema*, Epitaphium Reverendissimi Patris, Domini *Jobi à Dobenek* Episcopi Pomesaniensis, studiosorum Maecenatis Summi, Elegis compositum, Carnoviae apud *Hieronimum Vietorem*, anno MDXXIII, forma 4 excudi curavit.

XLII.

a. STANISLAUS DOBIELOWICZ, Decanus Chodoliensis atque Parochus Opocznensis.

liensis, in Dioecesi Cracoviensi: *Vitam Beatissimi STANISLAI Episcopi Cracoviensis Martyris*, olim à Joanne Dlugosso Canonico Cracoviensi editam; nunc singulis Capitibus summatis praefixo compendio, et Latini idiomatis asperitate nonnihil castigata; additis insuper, quae in Tabulis Ecclesiae Piotraviniensis reperiuntur, Miraculis. *Cracoviae*, apud Viduam et Heredes *Francisci Caesarii*, anno Salutis MDCLXVI, forma 4 iterum in lucem produxit.

b. MATTHIAS DOGIEL Nobilis Lituanus*, SCHOLARUMQUE PIARUM Provinciae Lituvanae Presbyter, atque Vilmensis Collegii Nobilium Rector: AUGUSTI TERTII, Regis Poloniarum, Theologus: *Codicis Diplomatici Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae* auctor clarissimus, aetatis annum XLV nondum transgressus, in Urbe Varsavia fato acerbo occubuit VI Kalendas Martias anni post CHRISTUM natum MDCLX. De ejus vita, scriptisque, legas inprimis *Friderici Conradi Gadebuschii Bibliothecam Livonicam*, lingua Theotisca editam, Tom. I, p. 214 — 221: inspiciasque nostrum *Lexicon Biographicum Polonorum Litteratorum*, Theotisco sermone publicatum, Tom. I, p. 29—31, et Tom. II, p. 39:

Excerptumque Polonicae Litteraturae
Vol. I, p. 30, 58, et 74.

* E. Lidensi Districtu Vilnensis Satrapiae.

XLIII.

ELIAE Palatini Valachiae, ad SIGISMUNDUM Seniores Poloniae Regem, pistolae et Legationes ** memorabiles, anni MDXLVI, MDXLVII et MDXLVIII sermone partim Latino, partim Polonico expeditae: una cum Maiestatis Regiae Responsis: insunt *Sigismundi Actionum Regiarum*, Exemplaris Academiae Cracoviensis, Volumini Decimo octavo, p. 533—553: Decimoque nono p. 73—90, et 169.

** Quibus dextrè obeundis, *Abrahamus Nilowski*, *Petrusque Kirkonicz* et *Burghardus* Valachi nobiliores ac politiores, ab E. Palatino fuerunt adhibiti.

XLIV.

ERASMUS * affectato cognomine Polonico *Ciołek*, vocabulo Latino *Vitellius*, Plocensis Ecclesiae Praesul: SIGISMUNDI I. Regis Poloniae, Magnique Ducis Lituaniae, Legati maximi honoris in Curia Romana fungens: diem

supremum obiit, decimo Kalendas Octobres anni á CHRISTO nato MDXXII: Stanislaŏ Gorscio, Cracoviensi atque Plocensi Canonico, in *Actionum Regiarum SIGISMUNDI Primi Tomo Sexto*, publicae Bibliothecae *Zaluscianae* proprio, fol. 112 a, perhibente.

* Qui, in *Janocianorum* Volumine II, num: XLII, p. 82—90, à nobis est productus.

Romana Legatio, apud *Julium II* Summum Pontificem, SIGISMUNDI I Poloniae Regis Magnique Lituaniae Ducis nomine, per *Erasmum* Episcopum Plocensem obita: partitim exponitur, in *Zalusciano* illo Volumine MSto., quo *Joannis Alberti, Alexandrique, et Sigismundi I, Regum Poloniae Epistolae* secretiores, atque Legationes memoriae continentur.

Legatio à SIGISMUNDO I. Rege Poloniae Magnoque Duce Lituaniae, ad *Annam Radiviliam* Masoviae Ducem viduam regentem, per *Erasmum Ciołek* Episcopum Plocensem, MDXI: recensetur in *Actionum Regiarum Sigismundi Primi, Tomo Primo, Exempl: Zalus.* fol. 180b sq.

Legatio à SIGISMUNDO I Rege Poloniae, ad MAXIMILIANUM Caesarem, data

Erasmio Ciołek Episcopo Plocensi, ex
Raphaeli ** de *Leszno* Castellano Lenc
 densi, *Bogussioque* *** Magni Ducatus
 Lituaniae Thesaurario, xii Julii MDXVIII
 in *Actionum Regiarum Sigismundi*
Primi Volumine Tertio, Exemp. Bibl.
 Acad. Cracovien. p. 204—210, reperitur.

** De quo, loco suo dicemus.

*** Illo adhuc anno, Magni ejusdem Ducatus
 Mareschalco renunciato. Qui, à *Caspari*
Niesicio, solertissimo scriptore, in Cata
 logis Mareschalcorum atque Thesauriorum
 Magni Ducatus Lituaniae, omissus fuit: ne
 ipsi *Alberto Koialovicio*, Gentis Lituanae
 Genealogo atque Historico praecipuo, in no
 titiam venit.

Legatio á SIGISMUNDO I Rege Pol
 niae, ad Leonem X Summum Pontifi
 cem, et apud Sedem Apostolicam, *Er*
smo Ciołek Episcopo Plocensi, annis
 MDXIX et MDXX demandata: eodem i
 Volumine, p. 211 sq: 387—392: 531—
 534: 571—592: 735—737: 752 sq: et 786—
 790, exhibetur.

Romanae Legationis postremae, quae
 idem *Erasmus* Episcopus Plocensis pet
 functus est, acta sècretiora: in *Actio*
num Regiarum Sigismundi Primi To
 mo Sexto suprà adducto: inque Tom

Vigesimo quinto, qui publicae Bibliothecae *Zaluscianae* proprius est, partim recensentur.

b. *Joannes Falchembergius* Sodalıs Dominicanus, Cruciterorum prutenorum instinctu, *Vladislaum Jagellonem* Polonorum Regem, totamque Gentem Polonicam, scripto probroso laceravit. Quod *Nicolao Trombae* Archiepiscopo Gnesnensi, cum Lutetiae Parisiorum Doctores Academiae convivio exciperet, oblatum fuit. *Nicolaus* ille Archiepiscopus auctorem ad generale Concilium Constantiense citavit; ibique effecit, ut Patrum Decreto *Falchembergius* in tetrum carcerem compingeretur. Eleganter hanc rem exponit *Martinus Crome-
rus*, in opere de rebus gentis Polonorum Libro XVIII, p. 2846. Inspice praeterea de *Falchembergio* illo famoso *Dlugossi* Annales; et vitas Archiepiscoporum Gnesnens. Buzenscii; et alios. In primis autem *Zaluscii* Praesulis catalogos Codicum MSSorum: etiam Codicum alienis in Bibliothecis visorum, sub vocabulo *Falckemberg*. Potissime *Quetiffii* et *Echardi* scriptores Ordinis Praedicatorum. Inquiras praeterea de *Falckenbergio* illo: Acta Sacri generalis Concilii Constantiensis Tomo VIII. edit. *Harduin*. Itemque *Hermanni van der*

- *Hardt* Historiam Concilii Constantiensis: ac denique *L' Enfant* Historiam ejusdem Concilii gallice scriptam. Vide etiam *Damalevicii* seriem Gnesnen: Archiepiscoporum; *Braunii* Scriptorum prutenicorum indicem utrumque: *Schützii* Preussische Chronike: *Hartknochii* Preussische Kirchen historie, et *Alt und Neu Preussen*: Item *Montfaucon* Bibliothecam Bibliothecarum MSS tarum, sub vocabulo *Falchemberg* vel *Falckenberg*, et *Leonis* historiam Prussiae.

XLV.

a. **STANISLAUS FALECKI** *, Theodosiensis Episcopus, Gnesnensisque Suffraganeus atque Canonicus Metropolitanus, *Valentino Herburto*, Antistiti Premisliensi, **SIGISMUNDI AUGUSTI** Regis, Ordinumque Regni Poloniae, ad Tridentinum Concilium generale Legato Maximo, consiliarius ab Episcoporum Collegio adiunctus fuit. Reversus inde in patriam, ab ipso **SIGISMUNDO AUGUSTO** Rege, Suleioviensis Abbatiae perpetuus Administrator constitutus est. Fato ille cessit, anno **CHRISTI MDLXXXI**, aetatis suae **LXV**: perhibente *Simone Starovolscio*, in Monumentis Sarmatarum, p. 564. *Falencii* istius Epistolae, ad Reverendissimos Praesules inclyti Regni

Poloniae, è Sacro Concilio Tridentino, annis MDLXII et MDLXIII. manu ejus propria scriptae: volumine modico, forma 4 maiori, comprehensae: Suleioviae in Bibliotheca Coenobii Cisterciensis adhuc asservantur; quemadmodum *Martinus Comes Zaluscius*, Proëpiscopus quondam Plocensis, Abbatiaeque Suleioviensis Administrator ipse, me certiores fecit.

* *Falendzki* Nostratium pronuntiatione; *Faleschi*, in Actis Sacrosancti Concilii Tridentini, apud Gentes externas editis, vitiosè nominatus.

b. *STEPHANUS FALIMIRSKI*, Botanices Auctor Polonicus, ab Episcopo Kioviensi, *Josepho Andrea Comite Zaluscio*, in Bibliothecae Polonae, ipsius manu exaratae, Tomo II, p. 1193, occasione praebita, nominatur: operis ejus inscriptione haud memorata. A *Simone Starovolscio*, *Gabriele Rzonczynscio*, *Caspare Niesiecio*, et Principe *Josepho Alexandro Jablonovio*, aliisque Poloniae Litteratoribus *Falimirski* ille prorsus siletur.

c. *Mauritius Ferber* Episcopus Varmiensis, Mandata Pastoralia contra novam Luteri Sectam in 4 publicavit.

XLVI.

a. **ZACHARIAE FERRERII*** Vincentini, Episcopi Gardiensis, Legatio Apostolica, *Leonis X* Romani Pontificis Maximi nomine, apud **SIGISMUNDUM I** Regem Poloniae Magnumque Ducem Lituaniae, de componendo bello Prussico, deque exstirpanda haeresi Luterina, annis MDXIX et MDXX peracta: à *Stanislao Gorscio*, Canonico Cracoviensi atque Plocensi, in **SIGISMUNDI Primi Actuum Regiarum Volumine Tertio**, Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. p. 691 — 717, studio singulari exponitur.

* De quo, in *Janocianorum Volumine II.* num. XLIII, p. 90 — 94, aliqua diximus.

b. **BALTHASAR ANDREAS FONTANUS**, Civis ac Bibliopola Gedanensis, homo literatus, *Nicolai Volckmari*, linguae Polonicae in Gymnasio Gedanensi quondam Professoris, *Dictionary Latinogermanico — Polonicum*, lingua Graeca auxit: suaeque impensa Gedani, apud *Martinum Rhodum*, cl. lœc XIII, forma 4 recudi curavit. *Fontanus* ille ipse *Nomenclatorem Quadrilingvum*, selectissimas rerum appellationes Latina, Germanica, Polonica, Graeca lingua explicatas indicantem, in usum studiosae

Inventutis Polonae ac Prutenae collegit:
sumtuque proprio, sine typographi lo-
cique significatione, clōlōc xxiv, forma
4 edidit.

XLVII.

GEORGIUS FREUDENHAMER, patria
Wschovensis: Medicinae Doctor, Ur-
bisque Posnaniae Physicus Ordinarius:
Posnaniensi Palatino, *Christophoro Co-*
miti Opalinscio, Tabulam Geographi-
cam Palatinatus Posnaniensis obtulit.
Quae ad hunc modum inscribitur: *Pa-*
latinatus Posnaniensis, in Majori Po-
lonia Primarii, Nova Delineatio. Exhi-
bita, Illustrissimo et Excellentissimo
Heroi ac Domino, D. *Christophoro Co-*
miti De Bnin Opalinski, Palatino Po-
snaniensi, Regnique Poloniae primi
Ordinis Senatori: Sremensi, Osecensi,
Medilesensi Gubernatori: ad contrahen-
dum nomine Sacrae Regiae Maiestatis
Poloniae et Sveciae Matrimonium, su-
prema cum potestate, in Gallias Legato.
Auctore G. *Freudenhamero Medico.*
Amstelodami exc. Joannes Blaeu. Ge-
rard Coeck sculpsit. Cum privilegio S.
R. M. Poloniae et Sveciae. MDCXLV. For-
ma ea, quam recentiores Atlanticam
appellant. Archetypon illud elegantis-
simum est, maximèque rarum.

Eadem Tabula, in *Atlantis Blaviani* maximi Volumine Secundo *, inque *Joannis Janssonii Atlante Contracto* **, nitore pari est recusa. Postremò ex officina ignota seorsim prodiit, typos Amstelodamenses haud feliciter imitata.

* *Amstelodami à Joanne Blaeu* MDCLXVII foras emissio: Lib. V, p, 27b.

** Qui *Amstelodami* apud *Joannis Janssonii* Haeredes MDCLXVI, communem lucem adspexit. Cujus pagina, aut numerus, indicari à me non potest; cum *Atlas* ille, Adolescenti cuidam illustri concessus, nondum sit ab eo restitutus.

XLVIII.

GARZIAS * Jurisconsultus Hispanus, ab *Erasmò Ciolco* Plocensi Episcopo, ex Urbe Bononia, Cracoviam adductus: publicè ibi jus Pontificium atque Caesareum explicuit. Et juris utriusque Breviarium **, in officina typographica *Joannis Haller*, anno mcccccxii, forma divulgavit. Usus est *Sigismundus I* Rex Poloniae, *Garziae* illius opera ***, in asserendis tuendisque juribus in Terras Prussicas, contra Ordinem Teutonicum, apud Sedem Apostolicam.

* Nomen, quod *Garziae* huic in fonte sacro impositum fuit, nullibi exprimitur.

** Est ejus Exemplar Cracoviae, in [Bibliotheca Coenobii Ordinis Praedicatorum apud SSS, *Trinitatem* : annotante Comite *Zalusci* Episcopo Kioviensi, in Catalogo Librorum rarissimorum, alienis in Bibliothecis, à se ipso deprehensorum ac perlectorum, p. 15.

*** *Sigismundi* Regis Epistolae duae, una ad *Erasmum Ciolek* Plocensem Praesulem die xxii Septembris, altera ad *Joannem Lubrański* Antistitem Posnaniensem die xxiv ejusdem mensis, MDX, Cracoviae datae: *Actionumque Regiarum* Tomo I, Exemp. *Zalusci*. fol: 127 b sq. insertae: id testantur.

Extat in *Andreae Cricii*, Gnesnensis olim Archiepiscopi et Regni Poloniae Primatis, *Operibus Anecdotis*, p. 263 sq. Epitaphium Doctoris *Garziae Hispani*, elegis his concinnatum:

Aspice quid valeat virtus: quid dona Minervae:

Hospes in humanis, candida quidve fides.

Natus ego ultima in Hesperia, sed dotibus istis

Nixus, Felsinea doctor in urbe fui.

Posthaec Arctoas adii, qua Vistula quondam

Germanum secuit Sarmaticumque solum.

Nunc utrumque latus tenet ingens Marte Polonus:

Et statuit forti Regna superba manu.

Hic quoque jura docens: et publica Principis acta

Consilio firmans: praemia digna tuli.

Commoda non aberant vitae, non Regia dextra:

Condaque Thesea plurima juncta fide.

Defunctum doluere omnes: et moesta propinqui,
 Qualia debuerant, sunt data justa mihi.
 Restat fama etiam, restant monumenta laboris:
 Et desiderium multa per ora mei.
 Sic Pallas nomen, virtus sic donat amorem,
 Donat amicitias non simulata fides.
 Haec igitur bona firma colas: his clarus ubique;
 Sive petas Gades: seu Garamantis eris.

Garziae dies fatalis à *Cricio*, *Posnaniensi* tùm *Scholastico*, *Barbarae* *que* *Reginae* *Cancellario*, non indicatur. *Garzias* iste, absolutissimae et perfectissimae *Bibliothecae Hispanae* auctori: *Nicolao Antonio* haud notus fuit.

XLIX.

ALBERTUS GASTOLDUS *, è Lituanorum familia antiquissima gestisque magistratibus maximè inclyta, *Vilnensis* *Palatinus* simulque *Magni Ducatus Lituaniae* *Cancellarius* fuit. Mortem anno MDXXXIX obiisse dicitur ab *Alberto Kcjalowicio*, in *Nomenclatore Familiarum Lituanicarum* MSto, p. m. 118. *Gastoldi* illius memorabilis *Epistola* ad *Bonam Sfortiam* *Reginam Poloniae* contra *Constantinum* de *Ostrog*, contra *Radivilones*, data è *Murata Giebranoni*, feria sexta ante *Pentecosten* anno Domini MDXXV: inest *Sigismundi Primi*

Primi Actionum Regiarum, Exemplaris Academiae Cracoviensis Volumini Quinto, p. 139—161. Epistolarum à Gastoldo eodem, ad Lituaniae Proceres, annis MDXXII—MDXXXVII, Ruthenica lingua conscriptarum Volumen haud mediocre, Vilnae reperitur in Bibliotheca Sapiehana.

- * Filius ipsius *Stanislaus* nomine, Palatinus Trocensis, *Barbaram Radiviviam* Uxorem duxit; quae marito illo demortuo, à *Sigismundo Augusto*, Poloniae Rege et Lituaniae Magno Duce, tori ac sceptri socia fuit assumpta

L.

TIDEMANNUS GISIUS, Urbis Gedanensis in Prussia Sarmatica Patricius, adolescens à *Petro Tomicio Premisliensi* tunc Episcopo et Regni Procancellario, scribendis Epistolis Regiis adhibitus fuit. Eoque adiutore, Cathedrali Varmiensis Canonatum *, atque Gedanensis Ecclesiae Maioris Praeposituram nactus est. Quo morte iam adempto: à *Sigismundo Seniore* Rege Culmensis Episcopatum accepit: quem, *Sigismundi Augusti* iussu, cum Varmensi commutavit.

- * Cui mox Custodis Cathedralis dignitas accessit.

Varmiensis adhuc Custos et Canticus, libellum in lucem edidit, cuius hac inscriptione: *Tidemannii Gisii* Centum et Decem Assertionum, quod autor earum Flosculos appellavit: homine interiore et exteriori, fide operibus: ANTIAOTIKON. Cracoviae, per Hieronymum Vietorem. Anno Domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Mense Februarii. 8. Grandius posterius opus, de Regno *Christi*, studio maximo composuit. Quod, typis nondum excusum, post fata auctoris suppressum fuit. Superstes Heilsbergae est, in Bibliotheca Varmiensi Pontificum, volumen MStum, cui insunt: Epistolarum *Tidemannii Gisii*, Episcopi Varmiensis, ad Diversos Liber I: atque Epistolarum ad *Tidemannum Gisium*, Episcopum Varmiensem, à Diversis Libris II; referente Legationum Regiarum Consiliario, *Andrea a Keuler* **, cui non perperime Serenissimi STANISLAI AUGUSTI Regis commendatione, ad Bibliothecam illam aditus à Celsissimo Principi et Antistite, *Ignatio Comite Hruszicko*, haud difficulter fuit concessus.

** In Codicum MSSorum Heilsbergensium Libello dice, Serenissimae Maiestati Regiae exhibitio, num: VIII.

GISIUS ipse, ut Custos et Canonicus Varmiensis, et deinceps ut Culmensis Episcopus, inter amicos familiaresque sibi carissimos, *Nicolao Copernico* Canonico Varmiensi et Praeposito Thorunensi, Astronomo illi principi, locum praecipuum dedit. Quem ad publicandum opus divinum, *De Revolutionibus Orbium Caelestium*, *Gisius* istè potissimè impulit. Cum *Desiderio Erasmo* Roterodamo, et *Philippo Melancthone*, virisque aliis heterodoxis, liberalis omnis eruditionis atque elegantioris doctrinae studiis aevo suo maxime claris ac celebribus, *Gisio* frequens Litterarum commercium fuit; de quo, haereseos à Scriptoribus Nostratibus cum vehementia nimia arguitur. Obiit hic Praesul pridie Idus Octobres, MDL, septuagenarius. De ejus vita, moribusque, et scriptis, in Commentariorum, de Libris Rarioribus Polonicis, Parte III, p: 80—89 plura protulimus.

LI.

TIDEMANNUS alter GISIUS Patricius Gedanensis, Pontificis Varmiensis Ne-
pos: STEPHANI BATHOREI, Polonorum Regis maximi, Secretarius * intimus: opusculum elegantissimum cum inscriptione illa emisit: *Christina Radivila* **,

*vel de Illustri Uxore. Ad Illustres Principes, D. Georgium Episcopum nensem: D. Nicolaum Christophorum summum Magni Ducatus Lituaniae Marssallum: D. Albertum Marssallum Aulæ Magni Ducatus Lituaniae, Praefectum Caunensem: D. Stanislaum, Radivili Fratres, Olicae et Nesvisii Duces. Gisii Sereniss. Regis Poloniae Secretarii. Knischini ****, anno Domini MDLXXII. 4. Cui Typographus nomen suum apposuit.

* In gravi hoc officio, *Reinholdi Heidensteden* socius: fraterno amore ab eo dilectus.

** *Nicolai Nigri* Principis *Radivili*, Viler Palatini Magnique Ducatus Lituaniae Marsschalci ac Cancellarii supremi filia: *Principumque eorum Radivitorum*, quibus *Gisii* opusculum suum dicavit, soror: nata Idus Augusti MDLX: *Joanni Zamoiscio*, Cancellario Regni Poloniae maximo, nupta Kalendas Decembris MDLXXVII, immatura tua Pridie Kalendas Martii MDCLXXX.

*** Regali civitate in Satrapia Podlachiae. *Jagelloniae* stirpis Rex ultimus, *Sigismundus Augustus*, aetate haud proventus, Novem Julii MDLXXII fato concessit.

Joannes Michael Brutus Venetus, STEPHANI Poloniae Regis laudatissimus Historiographus, in Epistola † ad *Tidemannum Gisium*, Regiae Maiestatis Se

cretarium, ex Cracoviensi arce vi Idus
Februarias MDLXXX data, ipsius imagi-
nem verbis iis expressit: „Et de litteris
„tuis, quibus est nihil elegantius, aut
„purius: et de munere pariter, te amo
„plurimum: sed, ut amor tuus, unde
„haec agnosco, me plane tibi obstrin-
„gat. Nam ut te amem, non solum
„facit summa tua virtus, litterae, eru-
„ditio, sed etiam elegantia morum, et
„modestia quaedam incredibilis, quam
„qui in te norunt, et te non amant,
„iis sit oportet vita, qua fruuntur,
„insuavis: quae vita non est, ubi ca-
„reat humanitatis sensu: qui maximè
„moveretur iis, quae sunt propria ho-
„minis, modestia, facilitate, comitate,
„sermone; quas virtutes, in medio
„positas, effecisti cura et studio tuas.
„Quod quidem qui potest praestare,
„is inter multos, qui haec aut non no-
„verunt, aut cognita amplecti animo
„neglexerunt, est vir quidam singula-
„ris. Ita autem mihi Deum propitium
„velim, ut quo te primùm die Bidgo-
„stiae vidi, sic te amare coepi, ama-
„bili illa tua comitate, et quasi effigie
„quadam humanitatis captus, et te
„aeque ab iis amari, quos diuturnus
„usus tibi conciliasset, vix mihi cre-
„dibile esset. Accessit ad hanc meam
„voluntatem arctior consuetudo, cum

„ in Leopolitano conventu, in claris-
„ simi viri *Berzevicaei* hospitio, apud
„ vos mihi receptus cum meis, vestri
„ liberalitate patuisset. Quo quidem
„ tempore coepi mihi minus displicere,
„ ac pluris meum iudicium facere. Nam
„ quam ego antea de summa tua virtute
„ te opinionem susceperam, et de meo
„ rum sanctitate, non ita multorum
„ dierum consuetudine planè confirma-
„ sti. Quod tamen non mihi magis ad-
„ scribo, quam tibi: non enim tantum
„ est in me ingenii acies, ut confidam
„ me uno aspectu de summa virtute
„ posse statuere; sed hoc est assecutus
„ tua virtus, quae ita in te eminet,
„ qui illam non videant, capti oculis,
„ qui visam non prosequantur summi
„ amore, planè capti mente, atque
„ muni sensu carere videantur. Itaque
„ quod me amas, ut scribis, et ego
„ speravi semper, non tu quidem verius
„ us amas, quam, quod certum ius-
„ tiae est munus, redamas te amantem.
„ Quod ut pergas posthac facere, et non
„ vere in tuorum numero habeas,
„ etiam atque etiam rogo. Equidem dabo
„ operam, quibuscunque in rebus
„ mihi dabitur occasio testificandi tui
„ mei amoris, ut quaesisse ipse, non
„ oblatam complexus esse eam ipsam o-

„casionem videar; id quod postulat,
 „et mea constantia pariter, et tua
 „virtus. „

† Selectarum Epistolarum Libro II, Edit. Cracovien. fol: 93 b sq, Berolinen. ip 246 sq. inserta.

Paulusque Oderbornius Pomernus, Augustanae Confessionis apud Caunenses in Lituania Ecclesiastes, in Narratione vera et luculenta, de Russorum religione, ritibus nuptiarum, funerum, victu, vestitu, etc: deque Tartarorum religione ac moribus: ad *Davidem Chytraeum*, Rostochianae Academiae Theologum, viii Kalendas Augusti MDLXXXI scripta ††, p. m. 25, *Gisii* ejusdem sic meminit: „*Tidemannus* quoque *Gisius*, I. V. D. et Regis intimus Secretarius, homo omnium humanissimus, et optimis litteris egregie excultus, xxi Junii, Historiam Augustanae Confessionis tuam, ab *Rittero* Latina civitate donatam, Vilnae mihi monstravit. Cumque sumto semel iterumque calamo scribere tibi vellet, neque tamen, tanta et indicibili negotiorum mole oppressus, sibi ipsi satisfacere posset: invitus quidem hoc tempore officium tuae Excellentiae debitum internisit, meque per Apollinem rogavit, ut hanc candidissimae

„ mentis suae adfectionem per Epistolam
 „ stolum tibi significarem; id quod mihi
 „ facturum, uti debui, ita lubenter promisi.
 „ De omnibus tamen rebus, quae hactenus
 „ gestae sunt, et quae deinceps Numinis
 „ auspicio gerentur, faciet te paullo post
 „ certiore.,

†† Seorsim à *Stephano Myliandro* MDLXXXIV, excusa: unàque cum auctorum variorum argumenti ejusdem opusculis, forma variè saepe repetita: et *Davidis Chytrai* Epistolis, p. 1031 — 1053, immista.

DANIEL autem *Hermannus Borussus* Urbis *Gedanensis* primum et deinceps *Stephani* Regis Secretarius, Epistolae illi ††, qua Augustissimo inclyti Regni Poloniae Magnique Ducatus Lituaniae Senatorum Ordini, *Stephaneidos Moschoviticae* Libros duos priores devovit haec intexuit: „ Sensi (ut meum ingenium est exiguum) me onus suscipisse viribus meis impar: sed confirmarunt animum meum in hoc labore cum multi magni viri, tum imprimis Serenissimi Regis Secretarius, *Tidemannus Gisius*, I. V. Doctor clarissimus: qui nuper dum Regis nomine Germanis militibus de stipendiis emendatis satisfaciebat, eosque simul dimittebat, hujus vitae miseriam cum

„ aevi sempiterni felicitate in arce Ri-
 „ gensi pié commutavit; cujus obitum
 „ immaturum non solum omnes boni
 „ communi luctu prosequuntur, sed
 „ ipse quoque Rex graviter fert et
 „ acerbè. Ille, inquam, quemadmodum
 „ olim uno et eodem Praeceptore me-
 „ cum usus erat, *Joanne Sturmio* †††,
 „ ita nescio quo amore mei, qui ex
 „ animorum et studiorum conjunctione
 „ durabilior esse solet, victus, ut in
 „ labore suscepto perseverarem, coe-
 „ ptamque telam pertexerem, me ali-
 „ quoties hortabatur, missis etiam ea
 „ de re litteris ex Castris Plescoviensi-
 „ bus datis. „

†† Rigae ipso. die Aequinoctii Verni MDLXXXII
exarata.

††† Argentinensi in Gymnasio. Insunt *Her-
manni* Poëmatic Variis elegi illi, quibus
Gisium suum Argentina in Galliam disce-
dentem annoq. MDLXVII. comitatus est.

LII.

AQUILINUS MICHAEL GORCZYŃSKI, No-
 bilis Polonus, Canonicus Regularis La-
 teranensis, in patria sua Libro eo in-
 claruit, qui inscribitur: *Joannis de Ni-
 gra Valle*, Ord. Praemonstraten. S. R.
 E. Bibliothecarii, in *Sacri et Apo-*

stolici Ordinis Canonorum Regularium S. AUGUSTINI, Congregationis S. Salvatoris Lateranensis, Genealogiam Commentarius: quàmplurimis iisque gravissimis Monumentorum externorum auctoritatibus dilucidatus: et domesticis Memoriis Canonorum Congregationis Cracoviensis ejusdem Instituti, vitae sanctitate, status eminentiâ, et doctrinae soliditate insignium, ampliatus: labore ac studio Admodum Reverendi Domini Aquilini Michaelis Gorczynski, I. C. et S. Th. D. Canonici Regularis Lateranensis et Bibliothecarii Congregationis Cracoviensis, anno Domini MDCCVII. Cracoviae, ex Officina Francisci Caeſarii Junioris, S. R. M. et Celsis. Episcopi Cracovien. Ducisque Severien. necnon Scholae Academicae Novodworſcianaë Typographi. Folii magnitudine.

LIII.

STANISLAUS GORSKI Masovius, *Bogoriorum* * vetusto claroque sanguine ortus, studiorum suorum magistrum ac sedem, Cracoviam habuit. *Petri Tomici*, Pontificis Cracoviensis, Regnique Poloniae Cancellarii, scriba fuit. Sic enim appellari **, temporibus illis eruditus ac moderatis, vir ille voluit: quo Episcopus ac Minister, aevo omni ma-

ximus atque eminentissimus, in scribendis sanctioribus Regni Litteris, tractandisque negotiis publicis, usus est potissimè. Quem, obitarum à se Legationum illustrium comitem; laborumque omnium adiutorem: et consiliorum, atque secretorum, continuò participem habuit. Cui etiam moribundus pectoris sui penetralia aperuit: conscribendique testamenti sui provinciam dedit.

* Quorum Clypeus gentilicius, duas Sagittas albas, fractas, eoque modo positas exhibet, ut unius spiculum versus caelum, alterius versus terram, dirigatur; annotante *Simone Okolski*, in *Orbis Poloni Tomo I*, p. 52: Qui *Bogoriana*e Gentis propaginibus, p. 56 sq enumeratis, *Stanislaum Gorscium* nostrum, *Canonicum Cracoviensem* atque *Plocensem*, haud tacuit.

** Frequentius quidem, in *Commentario, de Vita et Rebus gestis Petri Tomiscii, Episcopi Cracoviensis, Ducisque Severiae, et Cancellarii Regni Poloniae. Quem Actionum Regiarum Sigismundi Primi, Tomo xvi: Carnoviana*e olim, nunc *Zalusciana*e Bibliothecae proprio: adiunxit. *Actionum eandem Volumen Tertium*, è *Cracoviensis Academiae Bibliotheca* diebus istis huc ad-
 vectum, praefert titulum illum: *Legationum. Responsionum. Litterarum. Rerumque, sub Divo Sigismundo Primo Rege Poloniae et Magno Duce Lituaniae, per sapientissimum*

Senatorem *Petrum Tomicki* Episcopum Cracovien. Regni Poloniae Cancellarium actarum, consularum, dictatarum et scriptarum, perque me *Stanislaum Gorski* Cracovien. et Plocen. Canonicum, Ejus in Cancellaria olim Scribam, collectarum Volumen Tertium, continens annos MDXVIII, MDXIX, MDXX.

Post pium gloriosumque *Tomicii* excessum: *Gorscius à Bona Sfortia*, SIGISMUNDI Primi Regis, et tori, et solii consorte, Latinis litteris elegantioribusque studiis omnibus eruditissima, ad officium epistolarum Latinarum vocatus est. Cujus ille, Secretarium sese nominavit.

Jam ineunte adolescentia, Plocensem Canonicatum Cathedrali obtinuit, *Petri Tomicii* Heri tunc ac Maece natis sui cura. Aetate autem propecta, in Cracoviensium Canonicoꝝ Collegium, Regni hujus primum, receptus est BONAE Reginae commendatione. Spreto honoribus aliis, animum omnem ad colligenda et illustranda Acta publica suorum temporum applicavit.

Vivo adhuc *Tomicio*, volumen unum congegit: quo Epistolas, Legationes, Responsiones Regias, et res Polonicas, sub *Joanne Alberto*, *Alexandro*

et *Sigismundo* Primo †, Regibus Poloniae, et Lituaniae Magnis Ducibus gestas, complexus est. Illius Autographum ††, *Zalusianos* inter Codices MSSStos, sub numero CCXXVII, nunc est collocatum. Estque ei Apographum appositum.

† Illo quidem volumine *Gorscius*, è *Sigismundi* Regis Epistolis et Legationibus, tantum eas tradidit, quae regni ejus exordio fuerunt expeditae.

†† Voluminis ejusdem Autographum alterum reperitur Heilsbergae in Bibliotheca Episcopali.

TOMICIO iam defuncto, contexere aggressus est opus illud nobilissimum, quod ad hunc modum inscribitur †: *Epistolae, Legationes, Responsa, Actiones, res Gestae Serenissimi Principis, SIGISMUNDI ejus Nominis primi, Regis Poloniae, et Magni Ducis Lituaniae: Russiae, Prussiae, Masoviae Domini.* Sub Reveren. *Mathia Drzewiczki* Episcopo Premislien., *Petro Tomiczki* †, *Joanne Choieński*, et *Samuele Macieński*, Episcopis Cracoviensibus, Cancellariis Regni Poloniae, scriptae. Per *Stanislaum Gorski*, Cracovien. et Ploc. Canonicum: ejusdem *Petri Tomiczki* quondam Notarium, posteaque Serenissimae BONAE SFORTIAE, Reginae Poloniae,

Secretarium: collectae, et in Tomos viginti septem digestae. SIGISMUNDO ipso Rege, annis xlii, res Polonicas ac Lituanas justo ac moderato imperio administrante. Quarum, hic Tomus primus annos Domini MDVI, MDVII, MDVIII, MDIX, MDX, MDXI, continet. Folii magnitudine

† Quo ipso titulo, *Zalusiani Exemplaris Tomo I*, est insignitus.

†† Cum *Sigismundi* Regis res praeclariores atque illustriores, *Petri Tomicii* ministerio tractatae sint atque peractae, Collectio haec, *Tomiciana* à plerisque consuevit nuncupari.

Egit *Gorscius* aetatis annum LXXIII cum, anno Salutis MDLXVII, operis amplissimi Tomum postremum absolvisset, prout ab Auctore ipso annotatum est, sub finem Epistolae * gravissimae, qua Senatoribus Regni Poloniae id opus dedicavit. Quando ille diem supremum obierit: memoriae nullibi est proditum. Cracoviae in Cathedrali Templo, *Tomicii* Episcopi monumento sepulchrali annexa est tabula ** marmorea, quae *Gorscii* effigiem exhibet, cum hujusmodi inscriptione:

STANISLAUS GORSKI

Cracoviensis et Plocensis Canonicus,
 Hero suo *Petro Tomicio* Episcopo Cracoviensi
 Regnique Poloniae Cancellario appositus;
 Beatam expectans resurrectionem, quiescit.

Suscipe terra tuo corpus de corpore sumtum,
 Reddere quod valeas vivificante Deo.

* Quae, 'Reipublicae arcana attingens, palam
 recenseri non potest.

** Memorata à *Simone Starovolscio*, in Mo-
 numentis Sarmatarum, p. 24: visaque à
 nobis ipsis mense Julio anni MDCCCLII.

Operis maioris perpetuitati Gor-
 scius ipse bene prospexit. Complura
 enim Exemplaria ***, ab hominibus
 cultis doctrinaque politis describenda,
 impendio magno curavit. Eaque, Sena-
 toribus Regni sagatoribus, patriaeque
 maxime amantibus, dono ipse obtulit.

*** Quae principum virorum nostratium Biblio-
 thecas, usque ad regni *Joannis Casimiri*
 initia, ornarunt: insecutis autem bellis Sue-
 cicis, litteraturae Poloniae exitialibus, mi-
 serandum in modum direpta, inque terras
 remotissimas devecta sunt.

Exemplar autographum, omnium
 absolutissimum atque perfectissimum †,

penes *Stanislaum Carncovium*, Vladislaviensem primum Antistitem, et deinde Gnesnensem Archipraesulem totius usque Poloniae Primatem, factis a scriptis inclytissimum fuit. Qui, Tomorum singulorum argumenta, in volumine parvum redacta, STEPHANO BATOREO ad Regnum Polonicum accessuro, obviavit misit ††, verbis iis inscripta: Rerum gestarum, Prudentissimi atque Felicissimi Poloniae Regis, SIGISMUNDI Primi ex Commentariis *Actionum Regiarum* †††, in gratiam Serenissimi Principis Domini, Domini STEPHANI, DEI gratia Regis Poloniae, Magni Ducis Lituaniae etc. à Reverendissimo Domino *Stanislaeo Karnkowski*, Episcopo Vladislaviensi collectarum Compendium ††††. E quo opusculo cum voluptate cognovimus quorum annorum memorabilia tomus quilibet exhibuerit.

† A *Joannis Tomicii*, Castellani Gnesnensis *Petri Cracoviensis* Episcopi, fratris germani anno MDLXXIII demortui, heredibus emtum Tomi cujusque tegmini, *Bogorianum* insigni impressum fuit: litteris S. G. C. C. additis quibus *Stanislaus Gorski*, Canonicus Cracoviensis, indicatur. Paginae autem prior indita fuit, tessera *Carncoviana*, cum epigrapha: *Stanis. Karnkowski Archiep. Gnesn.* Eaque signa tomi illi adhuc praeferunt, quae

fati benignitate ad Comites *Zaluscios*, Bibliothecae publicae Conditores, pervenerunt.

†† Isque *Carnovius*, in *Epistolarum virorum Illustrium*, à se ipso editarum prooemio, *Gorscianam* Collectionem effusè praedicavit. Quantumque ea, sibi ipsi: in sedanda ac gubernanda Republica Polona, post *Sigismundi Augusti* Regis obitum, et *Henrici Valesii* fugam: utilitatis atque adiumenti attulerit, apertissimè fassus est.

††† Heroës Poloni litterati, *Gorscii* opus verè Regium, titulo compendioso, *Actiones Regias* appellare solent.

†††† Hujus voluminis Apographum elegantissimum, Gedanensi in Urbe, ab *Andrea Stanislao Kostka* Comite *Zaluscio*, Plocensitum Praesule, in usum proprium comparatum: iam Varsaviae, inter Codices MSSStos Bibliothecae publicae, forma 4, sub numero MMXV repositum est.

Idem opusculum caractere recenti descriptum, in Excellentissimi Domini *Michaelis Vandalini* Comitis *de Mnischeh*, Magni Lituaniae Ducatus Secretarii Maioris, publicaeque Institutionis litterariae in *Vollhyniae* Ducatu Praefecti Supremi, Bibliotheca invenitur.

Opusculum illud ipsum nitidissimè exaratum, inter Serenissimi Principis *Stanislai Augusti*, Clementissimi Regis Nostri, Codices MSSStos servari: ex eorum *Summarii* Capite II, num. iv, nunc discimus.

mus XXI w) MDXLI: Tomus XXII x)
 MDXLI, MDXLIV: Tomus XXIII y) MDXLV,
 MDXLVI, MDXLVII: Tomus XXIV z)
 MDXLVIII, facta referebant.

- b) Autographus exstat Upsaliae in Bibliotheca Academica.
- c) Est Dresdae, in Bibliotheca Serenissimi Principis *Friderici Augusti*, Saxoniae Electoris: et Lipsiae, in Bibliotheca Senatoria.
- d) Etiam Dresdae et Lipsiae est in iisdem Bibliothecis.
- e)
- f) Hic autographus, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxx servatur.
- g)
- h) Autographus ille, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxii reperitur.
- i) Isteque autographus, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxiii, locum suum tenet.
- k)
- l) Exstat autographus, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxiii.
- m) Est etiam autographus, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxiv.
- n) Apographus, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxv invenitur.
- o) Autographus ipse: qui olim ad *Carncovium* pertinuit: nunc in Serenissimi Principis *Stanislai Augusti*, Regis Poloniae, Bibliotheca asservatur.
- p) Autographus ille: quem *Carncovius* possi-

- debat, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxvi, locum nactus est.
- q) Autographus: *Carncovii* quondam proprius inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxvii, locum suum est assecutus.
- r) Exstat Varsaviae in Bibliotheca Presbyterorum Saecularium Congregationis Missionis.
- s) Autographus Lutetiae Parisiorum, in Bibliotheca Patrum Oratorii in via S. Honorati ostenditur.
- t) Autographus: antea *Carncovianus*: est K. scii, in Bibliotheca Comitum *Malachoworum*.
- v) Autographus Lipsiae, in Bibliotheca Secretaria: apographus Saeculi superioris Varsaviae, in Augustissimae Maiestatis Regiae Bibliotheca: recentior, è Lipsiensi autographo descriptus, inter *Zalusianos* Codices sub numero ccxxxviii invenitur.
- w)
- x)
- y) Exstat apographus Varsaviae, in Bibliotheca Regia, Tomo XX, manu aequali attextus.
- z) Autographus, à Comite *Zaluscio*, Episcopo Cracoviensi Severiaeque Duce, in Varsaviensem Bibliothecam publicam illatus: ab eiusdem autem fratre germano, Kioviensi Antistite Viro cuidam Senatorii Ordinis ad describendum concessus, in hunc diem ab eo retinetur.

Tomus XXV aa) Regni Poloniae universi Ecclesiastica negotia graviora

apud Sedem Apostolicam, SIGISMUNDI Primi Regis nomine, annis MDXI — MDXXXV tractata, seorsim exponebat. Tomus XXVI bb) Legationes Germanicas, et Hispanicas, SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis jussu, per Joannem Daniscum Secretarium Regium obitas, peculiariter enarrabat. Tomus denique XXVII, cc) *Andreae Cricii*, Archiepiscopi Gnesnensis et Primatis Regni Poloniae, Opera Anecdota, de Sigismundi Regis temporibus, complectebatur.

aa) Hicce autographus : olim *Carneovianus*: inventi haud facilius est, quam Tomus I. Varsaviaeque, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxxxix, locum occupat.

bb) Qui aetate nostra, integer reperiri nullibi potest.

cc) Autographus ipse est Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices, sub numero ccxli, Apographus, elegans et antiquus, eadem in Urbe, in Bibliotheca Presbyterorum Saecularium Congregationis Missionis visitur.

*Gorsciana*e ejusdem Collectionis Tomos autographos XXIV Varsaviae, in Regii Poloniae et Sueciae Principis *Caroli Ferdinandi*, Vratislaviensis atque Plocensis Episcopi, Bibliotheca exstitisse: illius Catalogus, regiae suae Celsitudinis propria manu, anno

MDCXLVI, forma 4 confectus, sub numero I. testatur. Nesvisii, in Bibliotheca Principum *Radiviliorum*, Tomi XVII fuerunt: qui, postremi Motus Civili initio, Regium montem Borussorum exportati †, ibidem adhuc latitant. Exstare Romae, in Bibliotheca Illustrissimae Domus *Bolognettianae*, Gorscianos Tomos IX antiquos, ab *Alberto Bolognetti* Cardinali, Pontificio apud STEPHANUM BATHOREUM Regem Poloniae Legato, advectos: Comes *Garampus* Musageta, olim apud STANISLAUM AUGUSTUM Regem Polonorum, nunc apud *Josephum Secundum* Romanorum Imperatorem, Nuncius Apostolicus Ordinarius, nos docuit.

† Curante Iudice Lituanae Militiae primario *Martino Francisco Wobe*, *Radivilianae* Domui fide summa dedito.

Reperta modo sunt Cracoviae, Bibliotheca Academica SIGISMUNDI PRINCEPS *Epistolarum et Legationum, Actionumque Regiarum*, Volumina decem et septem *, ad *Jacobum Gorscium* **, Cracoviensis Academiae Theologum atque Rhetorem clarissimum, quondam peritientia. Quae, cura Cracoviensis Canonici, *Hugonis Kottłatay*, litterarum optimarum atque utilissimarum cogni-

tione, agendique dexteritate singulari, Augustissimae Maiestati Regiae et Reipublicae commendatissimi, Varsaviam perlata sunt: praesentemque Principem *Michaele Poniatovio*, Plocensis Antistite, Cracoviensisque Episcopatus Coadiutore, publicae Institutionis Litterariae in regno Poloniarum Praeside vigilantissimo, et veterum patriae monumentorum vindice acerrimo, in *Zalusciano* Museo publico reposita. Postquam volumina illa, quae nobis adhuc desunt, fuerint exscripta: Cracoviam omnia accurate remittentur: iis iuxta *Zalusiana* Exemplaria additis, quae in Bibliotheca Academica Cracoviensi desiderantur.

- * Spatiosa magis, quam *Carnecoviana*: characteres vario ac propero perscripta. Desideratur in iis volumen illud, quod ordine primum est. Volumen secundum, annorum MDXIII, MDXIV, MDXV, MDXVI, MDXVII: tertium, MDXVIII, MDXIX, MDXX, res habent. Volumen quartum deest. Vol. quintum, annorum MDXXXIV, MDXXXV: sextum, MDXXXVI, MDXXXVII: septimum, MDXXXVIII, MDXXXIX: octavum, MDXXXX, MDXXXI, MDXXXII: novum MDXXXIII, MDXXXIV: decimum, MDXXXV, facinora praebent. Volumen undecimum, *Petri Tomicii* Episcopi Cracoviensis Regnique Poloniae Procancellarii Epistolas, de *Sigismundi* Regis et Regni ejus negotiis, annis MDXXVI — MDXXXI, ad Diversos scriptas: duo-

decimum, Epistolas *Sigismundi* Primi Regis Poloniae, et *Petri Tomicii* Cracoviensis Episcopi atque Regni Poloniae Procancellarii de Sacerdotiis, annis MDXI—MDXXXV, Romae expeditas: decimum tertium, *Joannis Norwicensis* Regii apud *Carolus* Quintum Caesarum Oratoris, ad *Sigismundum* Primum Regem Poloniae et *Petrum Tomicium* Episcopum Cracoviensem Regnique Procancellarium Epistolas annis MDXXII—MDXXXV exaratas comprehendunt. Volumen decimum quartum anni MDXXXVI: decimum quintum, annorum MDXXXVII, MDXXXVIII, MDXXXIX: decimum sextum, MDXL, MDXLI: decimumseptimum, MDXLII, MDXLIII: decimum octavum MDXLIV, MDXLV, MDXLVI: decimumnonum, MDXLVII et MDXLVIII Regis ac Regni sui negotia cuncta exhibent.

** *Stanislai Gorscii* Historici, fratris germani filium. Cui ipsi, tanquam Collectori operum hocce, à *Simone Starovolscio*, in *Illustratione* Poloniae Scriptorum Elogiis et vitis, Editionis Venetae, p. 58, immerito attribuitur.

Philippi Callimachi de Thedaldino Florentini: sub *Casimiro* Tertio atque *Joanne Alberto* Regibus, in Polonia gentis: opuscula Autographa ***, Serenissimo Principi ac Domino SIGISMUNDO AUGUSTO, Regi Poloniae et Magno Ducesse Lituaniae, à subdito *Stanislao Gorscio* Canonico, anno MDXXXII oblata: Vallesiae, inter *Zalusiana* Volumina MSSa, sub numero CCXXIV servantur.

*** Recensita, in Specimine Catalogi Codicum
MSStorum Bibliothecae *Zaluschianae*, num:
LXXXVII, p. 31, sq.

Haec de *Stanislao Gorscio* Canonico: deque Operibus, ab ipso, ingenti studio, et labore, et impendio collectis: *Janocius* Canonicus, visu omni destitutus, morborumque variis generibus penitus emaceratus, dictavit. Cui, DEI misericordia singulari, concessum fuit, ut spiritum extremum non prius ederet, quàm *Gorscii*, viri docti et probi, optimeque de Ecclesia et Republica *Polona* meriti, memoriam ab oblivione vindicaverit.

Inter *Gorscii* huiusce amicos ac familiares intimos, *Stanislaus Hosius* Urbis? *Cracoviae* Patricius: et *Visliciensis* Collegiatae Ecclesiae Canonicus, et *Vielunensis* Praepositus, Iuvenumque Nobilium quos *Petrus Tomicius* Pontifex *Cracoviensis* domi suae fovebat Moderator: locum praecipuum tenuit. De quo *Gorscius* ipse, *Actionibus* *** regis SIGISMUNDI Primi, singularia multa intexuit, quae *Stanislaus Rescius* Canonicus *Varmiensis*, *Hosii* ejusdem postea S. R. E. Cardinalis, *Varmiensis*que Praesulis, vitae scriptor aut nescivit, aut de industria siluit.

**** Iisdemque *Actionibus*, *Hosii* Epistolas non paucas, cognitu profectò dignas, inseruit: quas, in *Hosii* Cardinalis Operibus, à *Rescio* Canonico publicatis, frustra quaesiveris.

LIV.

ADAMUS STANISLAUS GRABOWSKI, primum Culmensis, deinde Vladislaviensis, denique Varmiensis Praesul: et S. R. I. Princeps, Heroicique Ordinis Aquilae Albae Eques: Pontificatum Cracoviensem, annexumque ei Ducatum Severiae, bis frustra ambivit. Mortuus est xviii Kalendas Januarias, MDCLXVI cum, supra annum aetatis LXVIII, menses III, diesque XII implevisset. Lectissimam Bibliothecam suam, ultimae voluntatis suae interpreti et executori, *Thomae Szczepanscio*, Varmiensi Canonico Cathedrali legavit. A quo mox eam Princeps *Michael Poniatovius*, Episcopus Plocensis et Dux Pultoviensis, pretio iusto emit. De Principis *Grabowski* vita et scriptis, in *Lexico Biographico Litterario*, Tom. I, p. 40 sq. et Tom. II, p. 178 sq: inque *Excerpto Polonicae Litteraturae*, Vol. I, p. 70-73, et p. 76 sq, satis diximus. Egrotante de eo, *Franciscus Rzepnicki*, in *Viti Praesulum Regni Poloniae*, Tom. II, p. 361 sq. Epistolas elegantissimas at-

que eruditissimas: quas Princeps ille Gracowskius, annis MDCCCLIV—MDCCCLXVI, frequenter ad nos dedit: volumine tenui comprehensas, inter Zalusianos Codices MSStos, forma 4, sub numero MMXLVII b. reposuimus.

LV.

a. **VIGILANTII GREGORII** * Samb. Rutheni *Alexis, sive Ecloga Gratulatoria*, ad Reverendissimum Dominum Stanislaum Slomovium, Electum Archiepiscopum Leopoliensem, inter *Poetarum Polonorum Carmina Pastoralia*, è Zalusiana Bibliotheca coniunctim edita**, num: III, p. 21—42, denuo prodit.

* Cujus vitae operumque notitiam accuratiorem, JANOCIANORUM Volumini I, num: XXXVIII, p. 93—99, intexuimus.

** *Altenburgi Saxonum*, apud Gottl. Eman. Richterum, MDCCCLXXIX, forma 8. Cum prooemio venusto, à Joanne Gottlob Boehmio, hujus aevi Historico atque Poëta illustri, ad nos scripto.

b. **JOANNIS GROTKOVII** † Poloni, Vitae Gnesnensium Archipraesulum et Regni Poloniae Primatum, calamo exaratae ††, à Stanislao Buzeńscio Varmiensi Decano, Gnesnensique atque Cra-

coviensi Canonico, in proprio opere suo MSto, p. 130, 440, et 848, adducuntur. Quo loco auctor ille fuerit natus, quove officio functus, à *Buzenscio* non significatur.

† Frustra inter *Grotkovios*, quos *Caspar Niesiecius* in operis Genealogici Tomo II, p. 315 recensuit, à nobis quaesiti: cum *Ioanne Grotovio*, *Apophthegmatum* editore, haud confundendi.

†† Lectu ac lide dignae: ad exitum Saeculi decimi sexti, ut conjicimus, deductae.

LVI.

JOANNES HAGENAW à Maraunen, Nobilis Prutenus, VLADISLAO SIGISMUNDO, Regio Poloniae et Sueciae Principi, peregrinanti ab Epistolis fuit. *Diarium Peregrinationis* illius, coeptae xvii Maii anno mdcxxiv, finitae autem xxii Maii anno subsequenti, propria manu sua exaratum, reliquit: quod Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices MSStos, folii magnitudine, sub num: cclxv servatur. *Hagenavius* ille postea, VLADISLAI Regis electi commendatione, Varmiensem Canonicatum Cathedralem à Curia Romana impetravit.

LVII.

STEPHANUS CASIMIRUS HANKIEWICZ, Polonorum temporibus moestissimis atque infelicissimis, Regni hujus Tabulario Maiori cum vigilantia et fidelitate singulari praefuit *. Isque *Synopsin** Variorum Librorum*, vulgo *Metrica Regni Dictorum*: Decreta, Inscriptiones, Privilegia, Legationes, Lustrationes in se continentium: incipiendo ab Illustribus Ducibus Masoviae, et à Serenissimo SIGISMUNDO Primo Rege Poloniarum, usque ad Serenissimum ac Invictissimum Joannem Casimirum feliciter regnantem, conscriptorum: per Suecos, tunc hostes regni, tempore Incursionis receptorum: ex Suecia vero, in Regnum Poloniae, vigore Factorum Olivensium restitutorum: sub Ministerio Illustrissimi, Reverendissimi, ac Excellentissimi Domini, D. Nicolai de Prazmow *Prazmowski*, Episcopi Luceoriensis et Brestensis, supremique Regni Poloniae Cancellarii, manu sua confecit. Quae, inter *Zalusianos Codices MSS*tos, folii magnitudine, sub numero CLXXVII reposita est.

* Simulque expediendarum Epistolarum secretiorum, et scribendorum Decretorum Maie-

statis Regiae pro Volhyniae Ducatu, provinciam tenuit.

** Opus, multis rationibus maximi faciendum et religiosissime servandum.

Sanctiora Reipublicae Volumina *Hankievicius* ille, in silva remota et invia, à Suecorum rapina ipse custodivit. Tantaque virtutis merito, in Comitibus generalibus Varsaviae anno MDCLXXII celebratis, Equestri Ordini regni Poloniae atque Magni Ducatus Lituaniae applauditibus omnibus est adscriptus. Octogenario maior Varsaviae vivere desiit, anno Salutis MDCC: inque regia Ecclesia Collegiata sepulturae honorem obtinuit. De quo cive tam praecclaro, quod plura exponere adeo infirmus nequeam, dolet mihi plurimum. Hoc adhuc addere omnino debeo: *Zaluscianam* Bibliothecam publicam historiae ac litteraturae polonicae monumenta haud paucum possidere, quae olim *Hankievicii* ipsius propria fuerint.

LVIII.

ALBERTUS JASTRZEMBIECIUS, Nobilis Poloniae Minoris: HEDVIGIS reginae primum Cancellarius: dehinc Posnaniensis postea Cracoviensis Antistes, atque Cancellarius regni supremus: Gnesnensis

tandem Archipraesul, totiusque Poloniae Primas: sexagenario maior, fati diem extremum clausit Kalendis Septembris, mccccxxvi. Exposuerunt de eo *Joannes Dlugossus*, in Annalibus regni Poloniae, sub annis mccccxviii—mccccxxvi saepè *: idem ipse, in Vitis Episcoporum Posnaniensium editis, p. 87—93, inque Vitis Episcoporum Cracoviensis Ecclesiae MSStis, fol. 22 et sq, necnon etiam in Vitis Archiepiscoporum Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis nondum promulgatis, p. 101—103: *Simon Starovolscius*, in Vitis Antistitum Cracoviensium, p. 126—130: *Stephanus Damalevicius*, in Serie Archiepiscoporum Gnesnensium, p. 226—236: *Stanislaus Buzenscius*, in Vitis Archiepiscoporum Gnesnensium et regni Poloniae Primatum, publici juris nunquam factis, p. 452—493, ex iisque *Laurentius Mizlerus de Kolof*, in Actis Litterariis regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Anni mdccclv, p. 51 sq: *Franciscus Rzepniewicz*, in Vitis Praesulum regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Tomo I, p. 79—81: atque *Caspar Niesiec*, in vernaculi operis Genealogici Tomo I, p. 20, 28, 36, et 255, Tomoque II, p. 415 sq.

* De similitudine grandi et aperta: quae *Alberto* huic, Cracoviensi adhuc Episcopo Regnique

Cancellario, cum *Elisabetha*, *Vladislai Jagellonis* Regis tertia uxore, intercessit: *Dlugossus*, sub anno mccccxx, p. 426, locutus est copiosius.

Albertus ille *Jastrzembičius*, antequam Sacerdos factus esset, Grammaticam Linguae Latinae composuit: quae calamo exarata, Cracoviae in Bibliotheca Academica ostenditur. Opera Theologica ab ipso iam Praesule confecta, in Catalogo Codicum MSSorum Bibliothecae Cracoviensis Academicae, p. 1, verbis his annotantur:

Alberti Episcopi Cracoviensis, Tractatus de Sacramentis recte administrandis.

- de x Praeceptis, et de Peccatis contra eadem.
- de Praedicatoribus et Doctoribus Verbi Dei.
- de Censura Ecclesiastica, et de cautelis tempore interdicti observandis.
- de Peccatis vii mortalibus breviter notatis.

Idem *Albertus*, ut Episcopus Cracoviensis, Provinciae Gnesnensis, Metropolitanae Synodo, à *Nicolao Tromba* Archiepiscopo et Primate, Calissii mense

se Septembri anni MCCCCXX celebratae, interfuit. Ipseque Cracoviae, Christianae Salutis anno MCCCCXXII **, Dioeceseos suae Synodum habuit. Cujus Statuta, in ipso Tabulario Cathedralis Cracoviensis Ecclesiae, desiderantur. Gnesnaeque in Tabulario Metropolitano eae desunt Constitutiones, quas *Albertus Jastrzembičius*, ut Archipraesul ac Primas, una cum Praesulibus Suffraganeis suis, contra insurgentem haeresim Bohemicam, Lanciciae in Provinciali Synodo *** anni MCCCCXXIII sancivit.

** Testante eo Sermone, quem *Joannes de Scarbimiria*, Theologus Academiae Cracoviensis, in hac Synodo dixit.

*** De qua *Odoricus Raynaldus*, in *Annalium Ecclesiasticorum*, post *Caesarem* Cardinalem *Baronium* continuatorum, Tomo XVIII, sub anno MCCCCXXIII, n. 16, p. 58, fecit mentionem.

LIX.

DERSLAUS de Ritwiani JASTRZEMBIECIUS, ALBERTI Gnesnensis Archiepiscopi Regnique Primatis pronepos: Sandomiriensis primum Praefecti, et deinde Palatini honore notus: porro Cracoviensis Palatini, ac denique Castellani dignitate inclytus: *Philippi Callimachi*

Hetrusci exulis adiutor, tutorque in
 discriminibus maximis fuit. De vita
 cessit MCCCCLXXVII. Meminerunt
Joannes Dlugossus, in *Annalibus*
 regni Poloniae, sub annis MCCCCLII, p. 10
 sq, et MCCCCLIII, p. 121, *Martinusque*
Cromerus, in *Operibus Historicis* Edi-
 tionis Coloniensis, p. 314a, et 318b
Joannes quoque *Lascius*, in *Communi*
Inclyti regni Poloniae Privilegio, fol.
 LXVIII a, et LXXXV b, atque *Jacobus Pri-*
luscus, in *Statutis ac Privilegiis Regni*
Poloniae, fol. 376. *Caspar Niesiecius*
 in *Genealogici operis sui Tomo I*, p. 106
 111, et 120, *Tomoque IV*, p. 712 sq
Derslai istius *Jastrzembiicii* memorian-
 est prosecutus. Exstat in *Philippi Cal-*
limachi Hetrusci Opusculis Autographis
 SIGISMUNDO AUGUSTO Regi Poloniae at-
 Magno Duci Lituaniae, à *Stanislao Gor-*
scio Cracoviensi atque *Plocensi Cano-*
nico oblatis*: p. 177 — 179 Ad Magnifi-
 cum et Insignem Dominum *Derslaum de*
Ritwiani Palatinum Sandomiriensem
Philippi Callimachi Hetrusci Carmel-
Elegiacum. Inque iis, p. 181 — 198, *Cal-*
limachi illius Epistola, ad *Derslaum eun-*
dem Palatinum, Dunaioviae ** *Idibus*
Aprilis MCCCCLXXI data, invenitur.

* Nunc Varsaviae, inter *Zalusianos Codices*

MSSos, folii magnitudine, sub num: ccxxiv repositis.

** Roxolaniæ Satrapiæ arce: Leopoliensis Archipraesulis sede.

LX.

JOANNES de Ritwiani JASTRZEMBIECIUS, Derslai præcedentis frater germanus, ei primum in Præfectura Sandomiriensi, et deinceps in munere Palatini Cracoviensis successit; cum prius Sandomiriensis Castellani atque supremi Mareschalci locum, inter Consiliarios regni Poloniae, tenuisset. Is *Jastrzembiecius*, vir animo magno, facundiaque admirabili et singulari, in Petricoviensi conventu generali anni mcccclix, ut Cracoviensis Nobilitatis Legatus, *Casimirum Jagellonidem* regem gravi monuit Oratione: quam, aevi illius scriptor illustris, *Joannes Dlugossus*, in Annalibus regni Poloniae, sub anno eodem, p. 247—249 recensuit: *Martinus* autem *Cromerus*, in Operibus Historicis, p. m. 363b—365a, comtiore dictione repetiit. Vitam hicce *Jastrzembiecius* finiit mcccclxxx. Cujus acta *Caspar Niesiecius*, in adducti operis Tomo I, p. 111, 206, et 251, Tomoque iv, p. 713, notavit.

ANDREAS de *Jaszowice*, Sacrorum
Bibliorum interpres Polonicus: vic
Sophia, Regina Poloniae.

LXI.

GABRIEL JOANNICIUS Polonus, medic
cinae in Cracoviensi Academia Profes
sor publicus: isque vernaculi operis Bo
tanici, à *Simone Sirenio*, Medico Cra
coviensi, relictis editor: *Plantarum Cra
coviensium Indicem* proprium Latin
confectum: Serenissimae Principi, Do
minae *Annae*, Infanti Sveciae oblatum
Cracoviae, in Officina *Andreae Petri
covii*, S. R. M. Typographi, anno Dom
ni 1616, forma 8, publicavit. Qui libr
rarissimis jure annumerari potest. *Ze
luscianae* Bibliothecae publicae exen
plar, externo medico, doctrina et sci
ptis celebri, missum: demortuo illo, à
ejus haeredibus nondum est redditum
Superest in Bibliotheca illa: *Gabrie
Joannicii*, Philosophiae Medicinaeq
Doctoris, de *Peste* pro sui inter Profe
sores Medicae Facultatis, in Clarissim
totius regni Poloniae Academia Craco
viensi, cooptatione Disputatio, habita
in Collegii Maioris superiori Lectorio
die x mensis Februarii. *Cracoviae*,
Officina *Andreae Petricovii*, anno Do
mini 1600, forma 4 excusa. Eademq

in Bibliotheca adhuc reperiuntur: *Panegyrici Nuptiales, Regis Poloniae Sigismundi Augusti, et Joannis Christophori Comitis Tarnovii. A Stanislao Orichovio Roxolano conscripti olim; nunc ad Augustas, SIGISMUNDI III Poloniae et Sveciae regis Optimi, et Constantiae, Caroli Archiducis Austriae Filiae, Nuptias: Gabrielis Joannicii, Regii Professoris, et Collegae Maioris opera, boni ominis causa è tenebris in lucem producti. Cracoviae, apud Viduam Jacobi Sibeneycher, anno Domini 1605. 4. Huncce Joannicium, regii medici ac Mathematici honore á SIGISMUNDO Tertio exornatum: Simonis Starovolscii Monumenta Sarmatarum, p. 108 sq, perhibenti. Quae tempus ejus mortis haud exprimunt.*

LXII.

JOANNIS Primi *, è Domo Zapolya, Regis Hungarorum: SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae; Generi: Acta secretiora, Stanislaus Gorscius, Cracoviensis atque Plocensis Canonicus, in *Actionum Regiarum Sigismundi Primi Tomis VIII—XIX, Collectionis Carncovianae: Voluminibusque VI—X, et XIV—XVI, Exemplaris ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinentis, diligentia*

maxima exhibuit. Singularia de eo *Wolfgangus de Bethlen*, in *Historiarum Transylvaniae* Libro I et II, sub annis MDXXVI—MDXL tradidit.

* Szász — Sebessini apud Albam—Juliam, xii Kalendas Augusti, anno Christianae Salutis MDXL, suae verò aetatis LIII, è vivis sublatus.

LXIII.

a. JOANNIS * Gnesnensis Archidiaconi Metropolitani, *Chronicon Poloniae*, è *Sommersbergiana* Editione, typis demum exscriptum est, in *Mizlerianae Collectionis*, Auctorum Historiae Polonae ac Lituvanae, Tomo III, posthumo atque acephalo, p. 163—258.

* De quo in *Janocianorum Volumine* II, num: LIX, p. 122—124, aliqua dicta sunt.

b. *Joannes Thomas JOSEPHOWICZ*, Urbis Leopoliensis Patricius, Ecclesiaeque Metropolitanae Canonicus, et librorum vendendorum in Leopoliensi Archidioecesi universa Censor primarius, regni Augusti Tertii initio, grandaevis decessit. Relictae ab ipso, *Leopoliensis Archiepiscopatus Historiae***, Autographum Leopoli in Tabulario Praetoriano asservatur. E quo Codex*** ille descriptus est.

qui Varsaviae in *Zalusiana* Bibliotheca publica invenitur.

** Ab obitu *Joannis Zamoiski* Archiepiscopi, usque ad *Constantini Zieliński* Archiprae-sulis tempora: hoc est, ab anno MDCXIV, usque ad annum MDCC: ex Actis Capitularibus et Consistorialibus Authenticis pertextae.

*** Folii magnitudine: sub numero CCLXXIX collocatus.

LXIV.

ISABELLAE JAGELLONIAE *, Hungarorum reginae viduae, Acta secreta, partim in *Actionum Regiarum SIGISMUNDI JAGELLONII* Tomis XIX—XXIV, Collectionis *Carnovianae*: et Voluminibus XVI, XIX, Exemplaris illius, quod ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinet: partim in *Wolfgangi de Bethlen Historiarum Transylvaniae* Libris II, III, et IV, sub annis MDXL—MDLIX, invenies. Ejusdemque reginae viduae, ad SIGISMUNDUM Senioreni patrem, et ad SIGISMUNDUM AUGUSTUM fratrem suum, reges Poloniae et Magnos Duces Lithuaniae, Epistolas secretiores, in *Czartorysciani* Voluminis Miscellanei Tertii MSti: è Bibliotheca Ravensis Collegii Societatis Jesu apportati: dimidio priore deprehendes.

* Natae in Arce Cracoviensi xv Kalendas Februarias MDXIX: Latinis litteris, elegantioribusque omnibus doctrinis, in *Bonae Sfortiae* matris sinu, à magistris externis optime institutae: *Joanni Primo* Hungarorum Regi nuptae anno MDXXXIX ineunte: Albac—Juliae humanis rebus exentae xvii Kalendas Octobres MDLIX.

LXV.

a. **ANDREAS KANON** Roxolanus, Societatis Jesu Provinciae Polonae Sacerdos, artem poëticam atque oratoriam in Collegiis diversis est professus. Cracoviae postea in Divi Petri Basilica Concionatorem egit. Tandem Sandomiriae Seminarium Clericorum Saecularium, ibidemque Collegium Societatis suae rexit. Ante exitum Saeculi superioris obiit. Est in *Zalusiana* Bibliotheca publica: *Primum Societatis Jesu Saeculum Virtute ac Litteris Illustre: Dei Providentia, et Augusto Principum Orbis Patrocinio, Fortunatam Religiosae Fidelitatis Ingrediens Aeternitatem.* A conspectu Illustrissimi Domini, D. Joannis Nicolai à Zurow Danitowicz, Supremi Thesaurarii Regni: Premislien. Samborien. Drohobicen. Ratinen. Kolensis, etc. Capitanei: à R. P. *Andrea Kanon*, Regii Societatis Jesu Collegii Cracovien-

Sacerdote, Lyricis Carminibus XL. celebratum*. Cracoviae, in Officina Typographica Valeriani Piatkowski, anno mdcxl. Fol.

* Opus hoc rarissimum, neque Philippo Ale-
gambe, neque Nathanaeli Sotvello, Bi-
bliothecae scriptorum Societatis JESU au-
ctori utrique solertissimo, cognitum fuit.

Adsunt etiam: *Lyricorum Libri IV.*
*Epodon Liber unus: et Alter** Poema-*
tum, continens Lechica Admiranda.
Caeteraque Miscellanea. Auctore R. P.
Andrea Kanon, Societatis Jesu. Craco-
viae, in Officina Typographica Christo-
phori Schedelii, S. R. M., Typogr. Anno
D. 1643. 8.

** Locum primum, in hoc libro, Carmen me-
morabile occupat, cui is titulus: *Salis —*
Fodinae Bochnenses, Lucubrationibus Poë-
ticis illustratae; cum Perillustris ac Ad-
modum Reverendus Dominus Philippus Li-
piski, Scholasticus Gnesnensis, Canonicus-
que Sandomiriensis, Secretarius S. R. M.
solenni Commissione, celebres illas in Po-
lonia Salinas adiret, Anno Domini mdcxli.
Illud quidem Carmen, Speciminis Historiae
Litterariae ac Naturalis Polonae scriptori
Gallo, Domino Dubois ignotum mansit.

Ipsi enim, a me, tunc maximè infirmo, indicari nequìt.

Exstant eadem in Bibliotheca: *Lit-
cubrationes Oratoriae*, Regum, Principum, Antistitum, caeterorumque Illustrissimum Virorum *Panegyricis et Elogiis* insignitae. Sub auspiciis et principe patrocínio Celsissimi ac Reverendissimi Principis ac Domini, D. *Andreae Trzebi-
cki*, Episcopi Cracoviensis et Ducis Severiae, in lucem dari coeptae, à P. *Andrea Kanon*, Societatis Jesu, olim compluribus annis Rhetoricae Professore. Anno Pontificis CHRISTI MDCLXXVI Cracoviae, in Officina Typographica *Francisci Cesary*, S. R. M. Typographi. 4. Ejusdem *Kanonis* Orationes reliquas, seorsim editas: conjunctim autem non recusas: enumerare, nimis difficile nunc mihi est.

b. *Stanislai Karnkowski* Episcopi Vladislaviensis, de Primatu Senatorio Liber, recensetur in *Mitzleri Actis Litter. Pol.* Trimestri I, p. 14—31. Ejusdem de modo et ordine electionis novi regis ad Martinum Cromerum Epistola; ibidem Trimestri II. p. 123—127.

LXVI.

MATTHIAS KARWACKI Varmiensis, Societatis Jesu Provinciae Lituanæ Presbyter, litteras Graecas in Academia Vilmensi docuit: Grammaticamque Graecam *, è Typographia illius Academiae, anno MDCCXXV, forma 8 emisit; sicut ab Adamo Naramovio, Varsaviensis Collegii Societatis Jesu rectore, annotatum est, in Catalogo ** Scriptorum Societatis Jesu: Provinciae Lituanæ, manu sua exarato, sub littera K.

* Quae Comiti *Zaluscio*, Antistiti et Litteratori summo, nunquam obvenit.

** Existente, inter Codices MSSos *Zalusciae* Bibliothecae, forma 4, sub numero MMCCCCXLV.

LXVII.

STANISLAUS DUNIN KARWICKI, Nobilis Poloniae Minoris, Sandomiriensisque Satrapiae primum Pincerna et deinceps Succamerarius, regni Augusti Secundi exordio maximè vixit. Opus singulare De *Corrigendis Defectibus in Senatu Reipublicae Polonae* composuit: manumque descriptum, inter Primores Nobilitatis Polonae, dispergi curavit. Is *Karwicius*, condendi in Republica Polona

Consilii perpetui, primus omnium auctor exstitit.

† Cujus summarium, in Specimine Codicum MSSorum Bibliothecae *Zaluscianae*, numero cccv, p. 89 — 91, dedimus. Operis istius Exemplaria, nostro adhuc aevo, in Bibliothecis Tabulariisque Familiarum illustrium, haud infrequentia sunt.

b. Princeps vates, *Josephus Katterbring*: Inclytae olim Societatis JESU in Provincia Masovitica Ecclesiasticus Orator primarius: Luceoriensis nunc Canonicus, Vilmensisque palatini Caroli Ducis Radivilii Theologus: Petropolim Urbium septemtrionalium Regnam cernit.

LXVIII.

HERMANNUS CAROLUS Comes KEYSERLING, legationibus Polonicis, *Annatharinae Secundae*, russiae Augustarum nomine obitis, tam inclytus: Germanique Polonorum universae, mirum in modum, addictus atque acceptus*: *Indigenatu*, eumque *Conferendi Jure* Apud Prussos et Curonos, *Dissertationes duas*, anno Salutis MDCCXLVIII, loci ac typographi mentione non facta, forma 4 maiori evulgavit. Quae, inventa

difficillimae, Bibliothecae Livonicae auctori litteratissimo, *Friderico Conrado Gadebuschio* **, non innotuerunt.

* Debita cum laude, à me commemoratus, in Excerpti Polonicae Litteraturae Volumine I, p. 88: II, p. 121 sq, et 123 sq, itemque p. 174, et 223.

** Qui, in adducti operis laboriosi Volumine II, p. 108 — 111, *Hermanni Caroli Comitis Keyserlingii* acta, scriptaque attigit.

Taceri autem à *Gadebuschio*, mei amantissimo, non debuit Oratio illa, qua Comes *Keyserlingius*, mortuo Augusto Tertio Polonorum rege, *Catharinae Secundae* Russorum Imperatricis jussu, congregatis reipublicae Polonae Ordinibus, *Stanislaum* Comitem *Poniatovium* Magni Ducatus Lituaniae Dapiferum, regni Polonici Candidatum unicum, virtutibus regiis praeditum, argumentis validissimis commendavit. Quae, mei Excerpti Polonicae Litteraturae Volumini II, p. 179 — 183, inserta ***: *Gadebuschio* meo ignota esse nequit. Seorsimque ea Oratio: unà cum Interpretatione Polonica: exeunte jam mense Augusto anni MDCCLXIV, Varsaviae e Scholarum Piarum typographeo, folii magnitudine prodiit: deque industria inter honestissimos quosque distributa fuit.

*** Estque Volumini eidem, p. 183 sq, *Johanni Sossnowscii*, Equestris Ordinis in Comitibus Electionis Mareschalci, Responsum mistum.

Comitis *Keyserlingii* Historia Critica Comitiorum regni Poloniae Generalium, à *Piasti* principatu, usque ad electionem *Vladislai Jagellonis*: opus imperfectum, Varsaviae inter *Zalusianos* Codices MSSos, folii magnitudinis sub numero ccciv, servatur. Exstabat etiam in *Zalusiana* Bibliotheca: De Imperii russici atque regni Polonici negotiis mutuis, *Hermanni Caroli* Comitis à *Keyserling* russiae Legati, et *Andree Stanislai Kostkae* Comitis in *Zaluskis* *Zaluski* Episcopi Culmensis regni Poloniae Cancellarii Supremi, Epistolae mutuae, sermone partim Latino partim Gallico, partim etiam Germanico exaratae. Quae, in volumen unum collectae: poscente necessitate publico hodierno Praesuli Posnaniensi, Supremoque regni Cancellario, *Andree Stanislao Kostkae Młodziecowski*, à me ipso sunt traditae. Relicta à Comite *Keyserlingio* scripta reliqua, ad res Polonicas pertinentia, palàm indicari nondum possunt.

LXIX.

JOANNES KIRSTEYN, Latine CERASINUS: Silesius natione: juri civili Cracoviae studuit. Ibideinque, in supremo Juris Magdeburgensis Judicio, Advocati Ordinarii officium impetravit. Carus fuit ipsi SIGISMUNDO AUGUSTO, Regi Polonorum: familiariterque amatus à JOANNE Comite Tarnovio, Castellano Cracoviensi atque Regni exercituum Praefecto maximo. Cum Joanne Lango Silesio, FERDINANDI I. Germaniae Caesaris, in Curia Polonica, Oratore intimè vixit. Ab eoque, Poëta praeclaro, carminibus honoratus fuit. Amicis etiam usus est Petro Roysio Hispano, Augustinoque Rotundo et Bartholomaeo Grocio Polonis, Jurisconsultis in Polonia tunc celeberrimis. Exstat: *Enchiridion aliquot locorum communium juris Maydenburgen.* Per Joannem Kirsteyn Cerasinum, ejusdem Juris in Arce Cracovien. Advocatum obiter explicatorum. Cracoviae, apud viduam Hieron. Scharfbergi, et apud viduam Stanislai Scharfbergi, MDLXXVI, forma 8 editum: eademque in Urbe, in Officina Nicolai Lobii, MDCVII, et MDCXI, forma simili publicatum: ac denique Cracoviae, in Officina Lazari, per Matthiam Andreovien-

sem, MDCXVI et MDCXIX, forma 4 recensum.

KORYBUTH KOSZIRSKI, Latinus Poëta: vide *Coributus* COSSIRIUS.

LXX.

VINCENTIUS KOT *, Nobilis Poloniae Majoris: Gnesnensis primum Custos Metropolitani et Cracoviensis Principis Cathedralis, *Vladislaique* ac *Casimiri* filiorum *Vladislai Jagellonis* Regis Poloniae Praeceptor **: Regni deinde Praecancellarius: postea verò Gnesnensis Archiepiscopus et Primas: à *Felice Quinto* Pseudopapa Cardinalis Presbyter S. *Christophori* renuntiatus ***, à *Nicolao Quarto* Pontifici autem Papa vero **** non admissus fuit.

* Latine CATUS.

** Ordinum Regni decreto constitutus.

*** Ipseque proinde epistolis nonnullis, ad Principes Poloniae scriptis, Cardinalis quidem titulum apposuit; sed pileo purpureo sibi assumpto nunquam usus est; notante ejus aetatis historico gravi et illustri, *Joanne Dlugoski* in *Vitis Archiepiscoporum Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis*, p. m. 105.

**** Qui Gnesnensi Archipraesuli, Cracoviensi Antistitem *Sbigneum Olesnium* praetuleruntque ab EUGENIO Quarto Papa Cardinalem Presbyterum S. *Priscae* creatum, Apostolicis Litteris suis confirmavit.

Vincen

Vincentium illum Archiepiscopum Synodos tres Provinciales, primam videlicet Lanciciae mccccxli, alteram Gnesnae mccccxlv i, tertiamque Petricoviae mccccxlvii celebrasse: Sermones in iis, à *Matthaeo de Cracovia*, Theologo atque Oratore per tempora eadem celeberrimo dicti ****, nos docent. Statuta Synodalia pro universa Provincia Gnesnensi, à *Vincentio* Archiepiscopo et Primale, consentientibus Episcopis Praelatisque reliquis ac Parochis sancita, bellica tempestate perierunt. Superstites tamen manserunt *Antiquae Constitutiones Canonorum Regularium Lateranensium Domus Calissiensis S. Nicolai*: auctoritate *Vincentii Koti*, Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopi et Primatis, Lanciciae anno Domini mccccxli conditae: cura et opera *Stephani Dama-levicii*, Calissiensis ejusdem Domus Praepositi, Romae mdclv, forma 4 majori, in lucem communem prolatae. Exstatque in *Joannis Dlugossi*, Gnesnensis Metropolitani et Cracoviensis Cathedralis Canonici, Annalibus Regni Poloniae, sub anno mccccxlv, p. 6—9, lectu digna Oratio *Vincentii* Gnesnensis Archiepiscopi et Primatis; qua, nomine totius Nationis Polonicae, *Casimiro Jagellonidi* Lituaniae Magno Duci, susceptionem Regni Polonici suasit.

**** Cracoviae in Bibliotheca Academica asservati.

Vincentium eundem Archiepiscopum
atque Primatem Uniejoviae, Archiepiscopali sede aestiva, in Vigilia Assumptionis B. MARIAE Virginis, anno à CHRISTO nato MCCCCXLV, morte extinctum et sabbato subsequenti Gnesnae in Templo Metropolitano, cum honore debentur tumultum: *Joannes Dlugossus* in Annalibus Regni Poloniae, sub anno illius p. 44 sq, memorat. Qui ipsius acta, eodem in opere edito, sub annis MCCCCXXX p. 581: MCCCCXXXV, p. 692 sq: MCCCCXLV p. 15, 17, 18, 27: et MCCCCXLVI, p. 32, et 36: inque Vitis Archiepiscoporum Ecclesiae Metropolitanae Gnesnae MSStis, p. 103 — 106, enarrat. Lepraeterea debent, quae *Alphonsus Conradus* et *Augustinus Oldoinus*, in Vita et Rebus Gestis Pontificum Romanorum et S. R. E. Cardinalium, Tomo II, p. 9 sq: *Stephanus Damalevicius*, in Series Archiepiscoporum Gnesnensium, p. 23 246: et *Stanislaus Buzenscius*, in Vita Archiepiscoporum Gnesnensium et Regni Poloniae Primatum nondum edita p. 494 — 524, atque *Laurentius Mizler* in Epitome *Buzensciani* operis, Accessit Litterariis Regni Poloniae, anni MCCCC inserta, p. 52 sq: *Franciscus Rzepl*

cuius, in *Vitis Praesulum Regni Poloniae*, Tomo I, p. 82—90, de *Vincentio Kot* Archipraesule exponunt.

LXXI.

ALEXANDER MICHAEL KOTOWICZ, loco nobili in Lituania natus, adolescentiaeque initio Vilnensis Scholasticus Cathedralis: aetate progrediente Smolenscensis, aevo autem vertente Vilnensis Episcopus: Litteras Pastorales, ad Concionatores Dioecesis Vilnensis, die xxiii Novembris MDCLXXXV Polonice conscriptas, Vilnae in Typographia Academica Societatis Jesu, forma 4, publicavit. Annoque insequenti diem supremum obiit. De eo, *Petri Kojalowiczi* Elogia Episcoporum Vilnensium MSSta, ab auctore anonymo continuata, p. 67: et *Francisci Rzepniczi* Vitas Praesulum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Tomo II, p. 196. *Joannisque Antonii Preuschhoffii* Historiam Academiae Vilnensis, p. 40: atque *Casparis Niesieci* vernaculum Opus Genealogicum, Tomo II, p. 674, inspicias.

LXXII.

NICOLAUS KOZŁOWSKI * ex antiqua domo *Vulpium* **, sacrae theologiae in

Academia Cracoviensi Professor primarius, Cracoviensisque Cathedralis Ecclesiae Canonicus, Basileensi Concilio generali interfuit. Ibique in Exequiis demortui tunc temporis VLADISLAI JAGELLONIS, Poloniae Regis Supremique Lituaniae Ducis, à Stanislaſo Ciołek Posnaniensi Episcopo Poloniaeque Legato Maximo, pompa solemni celebrata Orationem Latinam *** habuit; quam manu ipsius perscripta, Cracoviae Bibliotheca Academica **** reperitur. Usus est Joannis Długosſi Cathedralis Canonici Cracoviensis, Sandivogii de Czechel Gnesnensis adhuc Canonici Metropolitani, amicitia atque familiaritate intima. Quorum Epistolae, ad Kozlovium illum exaratae, eadem in Bibliotheca ***** superstites sunt.

* Tanta eruditionis atque eloquentiae, prudentiaeque opinione, Kozlovius ille floruit, Andreas Laskarius Praesul Posnaniensis doctrinae et facundiae et sagacitatis factum celeberrimus: Episcopatum suum sponte dimissurus: virum hunc, successorem ascendere constitueret. Cui tamen, ne Rex Poloniae Vladislaus Jagello, neque manus Pontifex Summus Martinus Quintus assentiri voluit: referente Joanne Długosſi in Vitis Episcoporum Posnaniensium, p. 9.

** Gemellarum caloris albi in campo rubeo.

*** A *Joanne Dlugosso*, in *Annalibus Regni Poloniae*, sub anno MCCCXXXIV, p. 672, magnificè laudatam.

*** Catalogo Codicum MSSorum illius Bibliothecae, p. 161, indicante. Qui etiam ejusdem *Kozlovii* Sermones, diebus Dominicis temporibusque Quadragesimalibus Cracoviae in Cathedrali Basilica dictos, commemorat.

**** Testante Catalogo eodem, p. 116, et 201.

LXXIII.

JOANNES KRETZMER †, Decanus et Canonicus Cathedralis Varmiensis, vir optimus atque sanctissimus, nec studiis humanitatis et litterarum leviter eruditus, è monumentis Tabularii Episcopalis Heilsbergensis, Vitas Episcoporum Varmiensium Theotisco sermone conscripsit. Quas, à *Thoma Tretero* ††, Varmiensi Custode atque Canonico, in Latinum conversas: nepos ejus, *Mattias de Lubomierz Treterius*, Eques Polonus Regiusque Secretarius, addito auctuario suo, Cracoviae apud *Franciscum Cezary*, S. R. M. nec non Illustriss. et Reverendiss. Episcopi Cracoviensis, Ducisque Severiae Typographum, anno Domini 1685, folii magnitudine in lucem edidit.

†-Qui IV Idus. Maias anni post *Christum* natum MDCIV. caelo receptus, in Varmiensis

Ecclesiae Cathedralis Monumentis Sepulchralibus MSSis, p. 31, commemoratur.

†† Cujus, vitae operumque editorum notitia, data est, in nostrarum Relationum, de Libris Rarioribus Polonicis, Parte I, p. 94—101, et III, p. 48—57: inque nostri Excerpti Polonicae Litteraturae Volumine I, num: V, p. 16—21.

MATTHAEUS DE KROKOW, Nobilis Pomeranus, Episcopus Wormaciensis Urbis Cracoviae Patricius creditus: vide *de Matthaeus de Cracovia*.

ANDREAS KRZYCKI, Archipraesul Gnesnensis et Primas regni Poloniae: vide *Cricius*

b. ANDREAE de KUKURSINO †††, Cracoviensis Archidiaconi et Professoris Tractatui super officio Missae, contra novos Bohemorum errores, nunc varisaviae, inter *Zalusianos* Codices MSSos, sub numero ccxxi, locus datus est. *Andrae* huiusce Historiam Ecclesiasticam sui temporis, volumini Miscellaneo Cracoviensis Bibliothecae Academicae insertam, Codicum MSSorum ejusdem Bibliothecae Catalogus, p. 173, notat.

††† Cujus in *Janocianorum* Volumine II, numero LXVII, p. 135, meminimus.

LXXIV.

MATTHIAS MARCIANUS ŁADOWSKI,
 Eques Polonus ac Regius Secretarius,
 Regnique Tabularii Maioris primum No-
 tarius et deinceps Praefectus, Inventa-
 rium* omnium ac singularum charta-
 rum publicarum, in Tabulario Arcis
 Varsaviensis reconditarum: sermone
 vernaculo, anno CHRISTI MDCLXXX, fo-
 liis integris perscriptum: Joanni Ter-
 tio Regi Joannique Wielopolscio Can-
 cellario Supremo, obtulit. Idem Indi-
 cem Constitutionum Regni Poloniae et
 Magni Ducatus Lituaniae, ab anno MDL
 usque ad annum MDCLXXXIII: patrio idi-
 omate, anno Domini MDCLXXXV, con-
 cinnatum **: Regii Collegii Scholarum
 Piarum in Urbe Varsavia typographo,
 foliis integris excudendum, commisit.

* Exemplar, *Ladovii* ipsius quondam propri-
 um, deprehendes inter *Zalusiana* Volumina
 MSSa, sub numero CLXXVIII.

** à *Josepho Andrea* Comite *Zaluscio* Supremo
 adhuc Regni Referendario correctum, au-
 ctumque, et ad annum MDCCXXVI, continua-
 tum: ab *Arnolpho Casimiro Zeglicio* Scho-
 larum Piarum Sacerdote, ad annum MDCCXXXVI,
 perductum.

LXXV.

JOANNES LAMCHONIUS à doctissimo atque liberalissimo Posnaniensium Aristite, *Sebastiano Branicio*, è Lipsiensis Academia vocatus, Posnaniae in Gymnasio *Lubransciano* mathesin docuit. Est penes nos ejus *Opusculum, de causis Eclipsium et Effectibus*. Accessit prognosticon ex quatuor luminarium deliquis, anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto futuris. Cracoviae, ex Officina typographica *Mathiae Scharffenberg*, MDXLIIII, forma magno illi Praesuli atque Maecenati dedicatum.

LXXVI.

JOANNES LANCZUT à Roxolaniae civitate parva, in qua ille parentibus honoratis fuerat genitus, cognomentum accepit. Cracoviae studium matheseos naviter tractavit, laudeque haud vulgari ibidem est professus. Nostris in manibus est ipsius *Algorithmus Linealis*, cum pulchris conditionibus duarum regule *de Tri*: una de integris: altera vero de fractis: regulisque socialibus, semper exemplis idoneis adiunctis. In florentissimo studio Cracoviensi editus non minus viris eruditis, quam merce

toribus utilis, et maxime incipientibus. Liber iste primum evulgatus est, opera et impensis providi viri, Domini *Joannis Haller*, civis Cracovien. Anno Christi 17, supra Millesimum quingentesimum. 4. Eadem deinceps forma, per *Hieronimum Vietorem*, anno Domini 1519. Postea autem, additis regulis quibusdam utilissimis, ab *Hieronymo* illo *Vietore*, anno MDXXXVIII, forma 8, in lucem reductus. Pariterque apud *Hieronimum Scharffenbergium*, MDXLVIII, publicatus. Ac demum apud viduam *Hieronimi Schar*. Anno ab Orbe redempto MDLVI, singulari nitore repetitus.

LXXVII.

NICOLAI LASOCH * Cracoviensis Canonici, Regique apud Sedem Apostolicam Legati Oratio: qua *Vladislai Jagellonis* Poloniae Regis et Supremi Lithuaniae Ducis nomine, *Martinum Quintum* Papam petiit, ut Lublinensem Terram à Cracoviensi Episcopatu amoveret, et Chelmensi Episcopatu recens erecto iniungeret, in oppidumque Lublinense Cathedram Chelmensem transferret **: Cracoviae inter Codices MSSos *** Bibliothecae Academicae servatur.

- * *Lasocki* idiomate patrio dicti: Cracoviensis postea Decani, et Regii ad Concilium Basileense Legati secundi: Vladislaviensis denique Episcopi, V Idus Septembris mcccc. è vita sublati. De quo *Joannis Dlugossi Annales Regni Poloniae*, sub annis mccccxiv, p. 484 sq. et mccccxxiv, p. 667 et 672: itemque mccccxlix, p. 49: et Mcccc, p. 64: *Stephani Damalevicii Vitas Vladislaviensium Episcoporum*, p. 311 — 314: ac *Francisci Rzepnicii Vitas Praesulum Regni Poloniae*, Tomo II, p. 45—47 *Casparisque Niesieci* vernaculum Opus Genealogicum Tomo III, p. 41 sq. consulas.
- ** Quod *Sbigneo Olesnicio* Antistite Cracoviensi, Regni Poloniae Consiliariis universis fortiter resistentibus effici nequit.
- *** Eorum Catalogo, p. 164, nunciante.

LXXVIII.

JOANNES LATOSSINIUS †, Decretorum Doctor et Cracoviensis Ecclesiae Cathedralis Canonicus, Provinciali Synodo Petricoviensi à *Sbigneo Olesnicio* Gnesnensi Archipraesule Primateque mense Januario anni mcccclxxxv celebratae affuisse, è Constitutionum Synodorum Metropolitanae Ecclesiae Gnesnensis Provincialium collectione *Carnoviana* fol. 65b, atque *Wenzykiana* p. 43, cognoscitur. *Latossinii* illius Prognosticon de regnorum ac imperiorum mutatione

in Codicum MSSorum Cracoviensis Bibliothecae Academicae Catalogo, p. 164, annotatur. Eius mentio à *Samuele Nakielscio*, in Chronico Miechoviensi p. 547, indeque à *Caspere Niesiecio*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo III, p. 51, facta est.

† *Latoszyński* Polonice.

LXXIX.

LECHITARUM et Polonorum Chronici magni, à *Boguphalo* Posnaniensi Episcopo inchoati, à *Godislao* autem Bascone Custode Posnaniensi, *Joanne*que * Archidiacono Gnesnensi continuati, Codex MSStus, *Zalusciano* ** similis *** , nuper Romae in Bibliotheca Vaticana à *Joanne Albertrandi* † Polono indigena litteratissimo deprehensus est; testantibus ipsius Litteris, ad *Andream Gawronscium* Nostratem ††, virum hacce aetate eruditissimum, ex Urbe illa datis.

* Qui à Nostro illo *Albertrandi*, cum *Joanne de Czarnkowo* temporibus iisdem Regni Poloniae Procancellario, Ecclesiastica dignitate nulla praedito, confunditur.

** De quo, in *Janocianorum* Volumine II, num. LXXI, p. 142 sq, nonnihil diximus.

*** Ex uno eodemque, ut conjicimus, Exemplari descriptus.

† Tussinensi iam Praeposito, Augustissimique
Regis Secretario intimo: *Zaluschianae* Bi-
bliothecae olim Propraefecto.

†† Cracoviensem Canonicum Cathedralē, Re-
giaeque Bibliothecae secretioris Praesidem.

LXXX.

RAPHAEL LESZCZYŃSKI, heros sagax
atque facundus, Lendensis adhuc in Po-
lonia Maiori Castellanus, Czluchovien-
sisque in Prussia Sarmatica Praefectus
Erasmio Ciolco Plociae Episcopo, in
Germanicis Legationibus maximis, col-
lega à SIGISMUNDO I, Rege Polonorum
additus fuit. Sumta autem toga sacerdo-
tali, Premisliensem Episcopatum acce-
pit. E quo mox, *Erasmio Ciolco* de-
mortuo, ad Plocensem traductus est.
Ipseque, ut Antistes Plocensis, *Janussii*
Masoviae Ducis, auctor suasorque fuit
legis accerrimae contra *Lutheri* sequace-
ferendae. Quam: *Decreti*, Illustrissimi
Domini *Janussii* Ducis Mazoviae, Com-
tra Luterianos, titulo insignitam: Pa-
storali Monito suo ad Masovios prae-
misso, Cracoviae * apud *Hieronimum*
Vietorem, mense Aprili anni MDXXXI
forma 4, exire in lucem jussit. Inque
Comitiis generalibus ejusdem anni, Pa-
triciae celebratis, à Rege atque
gna Ordinibus facile impetravit, ut

cretum illud Statutis Regni insereretur
 **. E vita ille decessit, anno *Christi*
MDXXVII: cum Ecclesiae Plocensi, annis
 quatuor nondum integris, praefuisset.
 Acta ejus attigit *Stanislaus Lubieński*,
 in Serie, Vitis, et Rebus gestis Episco-
 porum Plocensium, p. 156 sq. Quae
Franciscus Rzepnicki, in Vitis Praesu-
 lum Regni Poloniae et Magni Ducatus
 Lituaniae, Tomo II, p. 251 sq. paullò
 fusius est persecutus.

* Hujus Editionis rarissimae Exemplar olim
 possidebat *Franciscus Comes Bieliński*, Re-
 gni Poloniae Mareschalcus Supremus, Gar-
 wolinensisque in Ducatu Masoviae Praefectus.

** In Legum Patriarum, *Stanislai Konarscii*
 cura Varsaviae editarum, Volumine I, p.
 448 sq, istud ipsum Decretum Ducis Janussii
 reperies. Quod à *Lubienscio* Praesule Plo-
 censi, l. c. *Leszczynscii* Episcopi vitae, p.
 157—160 adiectum: indeque ab Historicis
 aliis, Theologisque Nostratibus, saepis-
 simè repetitum fuit.

LXXXI.

De LITUANICIS Familiis, vernaculi
 operis anonymi Apographum, *Zaluscia-*
na inter Volumina MSSa, folii magni-
 tudine, sub numero CCCXIV asservatur.
 Fuit opus illud, á *Zaluscio* Praesu-

le *, in *Programmate Litterario* anni
 MDCCXXXII Polonicè edito, p. 19, Lati-
 neque verso, p. 30: ex indeque à me-
 ipso, in *Specimine Catalogi Codicum*
MSSorum Bibliothecae Zaluscianae
 num: CLXXIX, p. 61, *Alberto Koialowicze*
Lituanicarum rerum scriptori optimo
perperam attributum. Koialowicii eni-
*opus ***, prout nunc cognovimus, La-
 tino sermone, multoque maiori studio
 confectum est: quam illud Polonicum
 Cujus Exemplar aliud, Voluminibus
 duobus formae 4 maioris distinctum
 nuperrimè Episcopus Coadjutor Smo-
 lenscensis, *Adamus Narussevicius*: Ko-
 oviensis Antistitis *Zaluscii*, et admini-
 stor, et imitator singularis: è Lituan-
 Varsaviam attulit.

* Praesulisque illius tam docti, inque patri-
 monumentis tantopere versati, auctoritas
Josephus Alexander Princeps Jablonowski
 atque *Caspar Niesiecus* inducti: *Koialowicium*
Lituanicarum Genéalogiarum, ser-
 mone Polonico conscriptarum, auctore
 frequentius dixerunt.

** Quod, in *Janocianorum* Volumine II, num.
 LXII, p. 130 sq, accuratius indicavimus.

LITUANUM Statutum: vide *Leo*
PIEHA, et *VOLHYNIAE Ducatus*.

LXXXII.

JOANNES DAMASCENUS LUBIENIECKI*,
ex Ordine Praedicatorum Provinciae
Polonae, Bacoviensis in Valachia Epi-
scopus, Relationem veram et accuratam
de Episcopatu Bacoviensi **, ad Clemen-
tem XI, Romanorum Maximum Ponti-
ficem, mense Septembri anni MDCCXIV,
manu sua exaratam, reliquit. Quam, ex
Autographo descriptam, *Zaluscianoque*
Miscellaneo volumini MSto DXVII inser-
tam, invenies. Ejus vitae, operumque
reliquorum notitiam, *Jacobus Echard*
in Bibliothecae Scriptorum Ord. Prae-
dicator. Tomo II, p. 792, tibi suppedi-
tabit.

* à *Caspere Niesiecio*, in Catalogo Episcopo-
rum Valachiae, praetermissus.

** Cui Rex Poloniarum, aut Dominicanum, aut
Franciscanum Sacerdotem, per vices praefi-
cere solet.

LXXXIII.

LUDOVICI Secundi* Hungarorum
atque Bohemorum Regis: SIGISMUNDI
PRIMI Regis Poloniae, et Magni Ducis
Litvaniae, è fratre germano Nepotis:
Acta secretiora STANISLAUS GORSKI, Ca-
nonicus Cracoviensis atque Plocensis,

in Actionum Regiarum SIGISMUNDI Primi, Tomis VI—VIII Collectionis Cracovianae: Voluminibusque II—VI Exemplaris ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinentis: memoriae mandavit.

* In ipso aetatis flore ac robore, Mohaccsi clade adempti IV. Kalendas Septembris

MDXXVI.

b. JOANNES MAGNUS, doctissimus Archiepiscopus Upsaliensis, cum patriae exsul Gedani aliquo tempore degeret, Petri snaniensem Cathedralem Canonicatum tunc vacuum à Sigismundo Primo Rege Poloniae frustra petiit; quamvis Petrus Tomicius Episcopus Cracoviensis et Regni Procancellarius multum precibus suis intercederet. Exstat huius Joannis Magni Elegia, qua Petri Tomicii obitum deflevit, in Simonis Starovolscii vitis Antistitum Cracoviensium, p. 210—212. De Joanne illo Magno Archiepiscopo exule, Stanislaus Gorscius Canonicus Cracoviensis, in actionibus Regiis Sigismundi Primi, qua narravit.

NB. Vide Cypriani Tabularium Ecclesiae Romanae saeculi xvi.

LXXXIV.

a. MARTINI GALLI †, Sacerdotis exulis, *Chronicon Poloniae*: unà cum Vincentii Kadlubkonis, Episcopi Cracoviensis, *Chronico*: secundum Gedanensem Editionem, publicae luci iterum expositum †† est, in *Mizlerianae Collectionis*, *Scriptorum Historiae Polonae ac Lituanae*, Tomo III. posthumo acephalogue, p. 42—76.

† Producti, in *Janocianorum Volumine II*, num: LXXXI, p. 164—166

†† Non adhibita diligentia debita.

b. FRIDERICI MEIBOMII †††, Canonici Gutstadiensis atque Archipresbyteri Elbingensis, scriptis adiici debent Acta Conventus Thoruniensis, celebrati anno 1645, mens. Septembr. Octobr. Novem. pro ineunda ratione componendorum Dissidiorum in Religione, per Regnum Poloniae. Impressa †††† auctoritate et mandato Sacrae Regiae Maiestatis, ad Exemplum et Fidem Regii Protocolli. Cum Gratia et Privilegio eiusdem S. R. M. speciali. Varsaviae, in Officina Petri Elert S. R. M. Typographi, anno Domini 1646. Forma 4 maiori.

††† Commemorati, in *Janocianorum Volumine II*, num: LXXXVI, p. 174—176.

†††† Collectore et Editore *Friderico Meib*
mio, S. Th. D. Canonico Gutstadiensi
 Archipresbytero Elbingensi, jurato à par
 Catholica Notario in Colloquio charitatis
 Thoruniensi.

LXXXV.

PETRUS MIESZKOWSKI, Nobilis
 Calissiensi Satrapia, peregrinantis juvenis
 illustris, *Lucae Woynae*, quadriennium
 continuum ductor et moderator fuit
 Lovaniique *Institutionem Peregrinantium*
Peregrinantibus Peroportunam
 typis *Philippi Dormalii*, anno Salutis
 1625, forma 8 edidit. Cui Epistolam *J*
sti Lipsii, Juventuti exteras Nationes
 peragranti utilissimam, adiecit. Reversus
 autem in patriam suam, Posnaniensisque
 primum Canonicus, et deinceps
 Varsaviensis Archidiaconus, ac Regis
Vladislai Quarti Secretarius factus
Polonum Jure Politum, mores patriae
 ad leges conformantem: *Calissii*, è topogra-
 phico *Carnoviano*, anno Domini
 1637, forma 4, in lucem eduxit. Com-
 diamque *Spei*, quae omnibus aequali
 nulli certam: ambitiosorum dominan-
 sapientis famulam: proinde mundi
 ginam: caeli verò exulem: spem esse
 ostendit: *Posnaniae*, ex officina *Albre-*
Reguli, anno Verbi Incarnati MDCX
 forma 4 emisit.

LXXXVI.

a. JOANNIS de MILIS * advocati, Allegaciones pro Serenissimo principe domino Bitoldo magno duce lituaniae in materia terre samogitarum et sudorum, contra Cruciferos prutenos; in Polonicarum atque Lituanicarum, Prutenicarumque, et Teutonicarum Rerum Miscellaneo Volumine vetusto: Varsaviae, inter Zalusianos Codices MSSos, folii magnitudine, num: ccvii b, reposito: p. 65 — 67prehenduntur.

* Alias *Milii*, Patricii Cremonensis. Qui, Cremonae Litteratae auctori, *Francisco Arisio*, Cremonensi ipsi, haud cognitus fuit.

b. GEORGH MISCOVII ** juris utriusque Doctoris, Metropolitani Canonici Gnesnensis ***, et Cancellarii *Lascii* Archiepraesulis: Legatio apud *Clementem* Papam VII, de negotiis Ecclesiasticis Metropolitanae Provinciae Gnesnensis, *Johannis Lascii* Archiepiscopi et Primatis nomine, anno MDXXV peracta: in SIGISMUNDI JAGELLONII *Actionum Regiarum*, Exemplaris Academiae Cracoviensis, Volumine Quinto, p. 515 — 524 reperitur. Inserta ei est: Collocutio familiaris Summi

Pontificis et aliorum, cum Doctore
scovio, de concordia Prussica.

** Cujus mentio aliqua facta est, in *Janociá-
norum* Volumine II, num: LXXXIX, p. 177.

*** Post reditum in patriam suam, Cracoviensis
Cathedralis Ecclesiae Canonicis adscripti.

LXXXVII.

ANDREAS STANISLAUS KOSTKA MLO
DZIEIOWSKI *, Nobilis è Satrapia Po-
snaniensi: *Andreae Stanislai Kostka*
Comitis *Zaluscii*, Cracoviensis Antistitis
inclytissimi alumnus, ejusque actionum
atque consiliorum secretiorum maximus
particeps: Cracoviensis ipse primus
Canonicus Cathedralis: Gnesnensis de-
hinc Ecclesiae Metropolitanae, simulque
Archipraesulis atque Primatis, *Vladis-
slai Alexandri* Comitis *Lubienscii* Can-
cellarius, et Primatiali in Curia Audito-
generalis: Regni postea Procancellarius
et Abbas Commendatarius Hebdovien-
sis: porro Premisliensis, tandemque
Posnaniensis Episcopus, atque Regni
Cancellarius supremus: Heroicorum et
am Ordinum *Divi Stanislai* et *Aquila*
Albae Eques: virorum eruditorum
fautor atque adjutor egregius: in Urbem
Varsavia mortalitatem deposuit, XII Ka-
lendas Aprilis, MDCLXXX; cum aetate

annos LXII, mensesque IV, et dies XX, labore multo assiduoque transegisset. Animi ejus effigiem, in Fragmentis Sarmaticae Litteraturae nostri temporis, p. 5—9 dedimus. Ipsiusque vernaculam Epistolam Pastoralem *** qua creditum sibi Clerum ac Populum, ad celebrandum universale Jubilaeum: et ad debitum amorem atque honorem, obsequiumque fidele Regi ac Domino suo praestandum, cohortatus est: à *Gratiano Piotrovscio* ****, Scholarum Piarum in Provincia Polona Theologo, Latine versam, iisdem in Fragmentis, p. 16—31, integram exhibuimus. In funere eum, Rege Serenissimo STANISLAO AUGUSTO praesente, *Carolus Wyrvicius*, Hebdomadiensis Abbas Commendatarius, laudavit oratione vernacula: quae his diebus ab *Adamo Narussevicio*, è Regio Typographeo Varsaviensi, forma 4, in lucem edita fuit.

* Carmine celebratus à *Michaele Korycio*, in nostro Excerpto Polonicae Litteraturae, hujus atque superioris aetatis, Vol. III, p. 286 sq: ab *Adamo* autem *Narussevicio*, in Musarum Sarmaticarum Speciminibus Novis, cura et opera nostra foras datis, p. 2 — 4, et p. 80 — 82.

** *Caroli* imprimis *Wyrvicii*, cui Hebdomadiensi Abbatia cessit: *Andreaeque Reptovii*, quem Posnaniensi Canonatu Cathedrali, aliisque

Sacerdotiis nobilissimis ornavit, et regendo Posnaniensi Episcopatu amplissimo, tractandisque omnibus in Curia Romana atque publica Polona negotiis Ecclesiasticis, omnes adhibuit.

*** Accuratam Seriem Litterarum Pastoralium xxvi: quas Excellentissimus et Reverendissimus Dominus *Andreas Stanislaus Kostka Młodzieiowski*, à tempore inaugurationis suae ad Sedem Posnaniensem, hoc est, die xvi Julii MDCCCLXVIII, usque ad diem Maii MDCCCLXXIX promulgavit, *Antonius Jacephus Winter*, Varsaviensis Insignis Ecclesiae Collegiatae Vicarius perpetuus, Praetorio Divini Officii ac Missarum, pro Regni Insigni Ecclesia Collegiata Varsaviensi, quaeque Archidiaconatu ad Posnaniensem Dioccesim pertinente, in annum Domini MDCCCLXXIX typis S. R. M. forma 8 publicato, sub eius finem, appesuit.

*** A quo *Młodzieiowski*: Posnaniensi Bibliotheca conspicuus: Latina Oratione salutaria est, Musarum Sarmaticarum Specimina novis, p. 53—57. Nostra ad eundem *Młodzieiowskium*, Posnaniensem iam Praesulem supremumque Regni Cancellarium, Bibliothecam publicam *Zaluscianam*, Protectorem perpetui auctoritate, invisentem, Oratio: ipsaeque usque ad nos Responsio: Fragmentis Sarmaticae Litteraturae nostri temporis, p. 97—100, sunt insertae.

LXXXVIII.

NICOLAUS * DE MNISZEWO, Nobilis Masovius, Plocensisque Canonicus Cathedralis, Saeculo xv exeunte, in patria sua munus Cancellarii obivit. Exstabant Varsaviae, Joannis Casimiri Regis aetate, in Regni Tabulario Maiori, Acta publica Ducatus Masoviae sub Conrado Duce, annis MCCCCLXXXVI I—MCCCCXCVII, Nicolai de Mniszewo Cancellarii manu consignata **, folii magnitudine.

* Recte sic nominatus à *Stanislao Lubieńscio*, Plocensi Antistite, in Vitis Episcoporum Plocensium p. 143. *Adamus* perperam vocitatus à *Caspere Niesiecio*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo III, p. 282.

** Testantibus *Stephano Casimiro Hankiewiczio*, in Synopsi. Librorum Metricae Regni, per Suecos tunc hostes receptorum, perque eosdem vigore Pacis Olivensis restitutorum, p. 13: atque *Stanislao Szczygielscio*, in Historia Monasterii Plocensis Ordinis *S. Benedicti*. p. 27.

GEORGIUS MYSZKOWSKI, Gnesnensis atque Cracoviensis Canonicus: vide *Miscovius*.

LXXXIX.

NACORSUS Varmisius, Chronici Polonici, quasi omnium antiquissimus auctor suspectus; vide *Varmisius*.

JOANNES FRIDERICUS NAGELL, ne scio quis, ab AUGUSTO Secundo Polonorum Rege, linguae Germanicae in Academia Cracoviensi Professor publicus constitutus, Grammaticam Germanicam in usum Juventutis Polonae, Cracoviae typis Academicis, anno MDCCXIV. formae 8 publicavit; quam libris quidem rarioribus sed non utilibus annumeraveris.

NAKORS Warmisz, vide *Varmisius*.

a. **MATTHAEUS NAYMAN**, patria Cracoviensis; Saeculi xv Theologus atque orator: vide *Matthaeus de Cracovia*.

b. *Naymann* Canonicus Cracoviensis Juris consultus.

c. *Naymanowicz* Juris Professor Cracoviae.

XC.

LAURENTIUS NICOLAI, Norvegius natione, annis iam maturus, Societatem

Jesu ingressus est. A cujus Proceribus, obeundis Apostolicis in Dania ac Norvegia, Sueciaque Missionibus difficillimis, cum successu insigni adhibitus fuit. Unde tamen, fractus laboribus ac molestiis, in Lituanam Provinciam transiit, Vilnensique in Academia sacrae theologiae publicè * docuit. Ubi tandem, III Nonas Maias, anno Salutis MDCXXII, aetatis LXXXIV, fato extremo succubuit.

* Referente *Alberto Koialowicio*, in *Miscellaneous Rerum*, ad Statum Ecclesiasticum Magni Lituaniae Ducatus pertinentium, p. 122 sq.

Opus ejus praestantissimum, maximeque rarum, sic inscribitur, *Confessio Christiana de via Domini*, quam Christianus Populus in tribus Regnis Septemtrionalibus, Daniae, Sueciae, et Norvegiae, constanter confessus est, annis à CHRISTI Fide suscepta ampliùs Sexcentis, usque ad *Christianum Tertium* Daniae Norvegiaeque, et *Goestavum* Sueciae, Reges. In sex capita distributa: quae qualia sint, sequens index declarabit. *Laurentio Nicolai Norvego* è S. I. Auctore. Superiorum permissu. Cracoviae, in officina Typographica *Lazarari*, anno Domini MDCIV, forma 4. Cui praefixa est Epistola prolixa: ad *Chri-*

stianum Quartum Daniae atque Norvegiae Regem: et ad Senatum Nobilitatemque eorundem Regnorum, vigore Apostolico scripta.

Justè ei, in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu, Editionis *Alegambeanae*, p. 299, *Sotvelliannaeque*, p. 545, tribuitur: De Reformatione Religionis Christianae per Ministros Evangelicos introducta, Deliberatio à Studiosis Danis et Norvegis proposita Professoribus Academiae Havniensis, die 1 Octobris MDCXVI Quae, Auctoris nomine dissimulato, anno illo Cracoviae à *Nicolao Lob*, forma 16 excusa: ab ipsoque, anno MDCVI, forma simili repetita fuit.

Exstat Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices calamo exaratos, forma 4, sub numero MMCCCXLVII: Examen ** Commissionis Fidei Synodi Upsaliensis in Regno Sueciae, anno Domini MDXCIII celebratae ***: *Laurentio Nicolai Norvego* è S. I. Auctore. Quod lucem nunquam viderit. Est Operi huic, facunda Epistola, ad Illustres Ordines Regni Suecici, praemissa.

** Notatum à *Zaluscio* Praesule, in Catalogo Codicum MSSorum Publicae Bibliothecae suae Tomo II, p. 512b.

*** Praeside M. *Laurentio Gotho*: qui tum
 Archiepiscopi Upsaliensis locum tenebat.

XCI.

NICOLAUS ARMENUS, Urbis Leopoli-
 ensis incola et civis, SIGISMUNDI AUGUSTI
 Regis Poloniae, apud *Solimannum II*
 Turcarum Caesarem, Interpres fuit. E-
 jusdemque Regis nomine, apud *Alexan-*
drum Valachiae Palatinum, Legati mu-
 nere functus est. Hujus *Nicolai Arimeni*,
 Regii apud Turcarum Caesarem Inter-
 pretis, et apud Valachiae Palatinum
 Auntii, Epistolae ad Majestatem Regi-
 am: annorum MDLII — MDLVII: folii ma-
 gnitudine, Varsaviae in Regni Tabulario
 Majori asservantur.

XCII.

CASPAR NIESIECKI *, Societatis JESU
 Provinciae Polonae Sacerdos, immorta-
 liter de historia omnique litteratura do-
 mestica meritus, egregium opus suum
 ** De Familiis Polonicis et Lituanicis,
 Prussicis quoque, atque Livonicis, ser-
 mone Latino scribere coeperat. Tomum
 autem primum, fermè absolutum, Po-
 lonice reddere: Tomosque tres subse-
 quentes patrio idiomate continuare de-
 buit. Nam mulier illustris, *Elisabetha*

genere *Branicia*, Lublinensis tunc Pa-
latini *Joannis Tarlonis* uxor: quae sum-
tum operi excudendo haud tenuem im-
pendebat: vehementer cupiit, ut illud
non tantum à Nobilibus humanitate po-
litior et doctrina liberali praeditis, ve-
rùm etiam à simplicibus et illiteratis
intelligi, et ad noscendum, probandum
que genus suum, adhiberi posset. To-
mus quintus, ab ipso *Niesiecio* affectus:
à *Stanislao* autem *Czaplińscio* ***, So-
cietatis *Jesu* Sacerdote, docto item viro,
patriarumque rerum perquam perito,
ad umbilicum usque perductus, addi-
tiones locupletes ad Tomos quatuor iam
publicatos, una cum emendationibus ne-
cessariis, exhibebat. Cui Tomus ille non
dum editus, intereunte Societatis *Jesu*
Instituto, cesserit: me adhuc latet.

* De quo, in *Polonia Literata* nostri temporis
p. 120 sq, honorificam ut debui mentionem
feci.

** *Korona Polska*, id est, *Corona Polonica*
inscriptum.

*** Quem, in *Lexici Biographici Litterarii*
lingua Theotisca à me editi, Volumine I
p. 24 sq, merito laudavi. Compositam ab eo
Historiam Provinciae Polonae Societatis *Jesu*
Cracoviae, mense Junio anni MDCCII, à me
ipso non sine voluptate inspectam: in com-

munem lucem adspectumque hominum proferri, Societatis JESU Proceres haud passi sunt.

STANISLAUS NIGER, Medicus Polonus: vide *Chrosceski*.

XCIII.

NICOLAUS NIPSSICZ * Eques Polonus, inter Aulicos SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae, locum primum tenuit. Legationem à SIGISMUNDO Primo Rege Poloniae, ad *Adalbertum* ** Marchionem Brandeburgensem, Magistrum Ordinis Cruciferorum in Prussia: et ad *Jobum* *** Episcopum Pomesaniensem: mense Junio anni MDXIX, patrio idiomate Nipssicio illi demandatam: monumentum linguae Polonicae rarissimum: *Stanislaus Gorscius*, -Canonicus Cracoviensis atque Plocensis, in *Actionum Regiarum SIGISMUNDI Primi Volumine Tertio*, Exempl. Bib. Acad. Cracovien. p. 519—528, nobis reservavit. Legationemque, SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis nomine, apud Ordines Regni Hungarici, post conflictum Mohacziensem, per *Nicolaum Nipssicz Aulicum Regium*, obitam: idem *Gorscius* in *Actionum Regiarum SIGISMUNDI Primi Volumine Sexto*, exemplaris ejusdem, p. 252 b—

255 a: inque Tomo Octavo. Exempl. Z³
 lusc. fol. 179 b — 187 a, exhibuit.

* *Nipssicio* illo, atque *Joanne Zambocio*
Sigismundus Rex maximè utebatur in expedien-
 diendis ac festinandis rebus secretis.

** *Friderici* Marchionis Brandenburgensis, atque
Sophiae Jagelloniae, *Sigismundi* Primi
 Poloniae Regis sororis germanae, filium hie-
 guae Polonicae satis gnarum.

*** *A Dobenek*, Nobilem Prutenum. De quo
 loco suo, diximus.

Legationem à *Sigismundo* Primo
 Rege, et ab Ordinibus Regni Poloniae
 ad *Joannem* **** Marchionem Brande-
 burgensem, *Nicolao Nipssicz* Aulico
 Regio, Cracoviae in Conventu generali
 MDXL datam: in *Actionum Regiarum*
Sigismundi Primi Tomo Decimonono
 autographo: olim Carnoviano, iam
Malachoviano: diebus istis nobiscum
 communicato, fol. 21a — 33b, deprehen-
 dimus.

**** *Joachimi* Electoris Brandenburgici fratrem
 germanum.

XCIV.

ANDREAS de NISZCZYCE NISZCZYCKI
 è veterrima Masoviorum familia, Polo-
 nensis Palatinus, ad tractanda cum Ma-

soviae Ducibus, cumque Nobilitate ejusdem Ducatus, negotia graviora, à Sigismundo Primo Rege Poloniae praecipue delectus fuit. Isque potissimè Masovios ad praestandam Majestati Regiae obedientiam perduxit.

* De quo *Caspar Niesiecius*, Societatis Jesu Provinciae Polonae Presbyter, in vernaculi Operis Genealogici Tomo I, p. 171, et Tomo III, p. 270, est locutus.

Exstat, in *Actionum Regiarum Sigismundi Primi* Volumine Tertio, é Cracoviensi Bibliotheca Academica huc allato, p. 147—154: Legatio à Sigismundo Primo Poloniae Rege Magnoque Lituaniae Duce, ad *Stanislaum* et *Janusium* Duces Masoviae: et ad ipsorum matrem *Annam Radiviliam* Masoviae Ducissam Viduam: *Andreae de Niszczyce* Palatino Plocensi commissa anno MDXVIII.

Occurritque, in *Actionum* illarum Volumine Sexto, Exempl. Bibl. Acad. Cracovien. p. 531a—533a: inque Tomo Nono, Exempl. *Zalusc.* fol. 161a—162b: Legatio à Sigismundo Primo Rege Poloniae ad Masoviae Ducatus Proceres et Nobiles **, *Mathiae de Drzewica* Epi-

scopo Vladislaviensi, *Andreae de Niszczyce* Palatino Plocensi, et *Nicolao de Russocice* Castellano Biecensi, data anno MDXXVII.

** *Stanislao* atque *Janussio*, Masoviae Ducibus ultimis, fato crudeli ac horrido ereptis.

Insunt etiam *Actionum Regiarum* Volumini Septimo, ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinenti. p. 9—12: Legatio à *Sigismundo* Primo Rege Poloniae, ad Masoviae Ducatus Procures et Nobiles, *Joanni Latałski* Episcopo Posnaniensi, et *Andreae Niszczycki* Palatino Plocensi, in Regni Comitibus generalibus Petricoviae, mensi Novembri anni MDXXVII, commissa. p. 57—66: Legatio altera à *Sigismundo* Primo Rege Poloniae, ad Masoviae Ducatus Procures et Nobiles, *Joanni Latałski* Episcopo Posnaniensi, atque *Andreae Niszczycki* Palatino Plocensi, data anno MDXXVIII. Legationem utramque, in *Actionum Regiarum* Tomo Decimo autographo, *Carnoviani* Exemplaris, fol. 10—13, 30—34, reperiri: *Carnovii* ipsius Compendio, sub anno MDXXVIII. didicimus.

Masoviae Ducatu, die XIV mensis Februarii, anni MDXXIX, Regno Poloniae feliciter adiuncto: *Andreas Niszczycki*, Palatinus Plocensis, sub anni ejusdem exitum, ex hac vita decessit. Brevi post ejus mortem, filius ipsius, *Nicolaus* nomine, Plocensi Praefectura exutus fuit à BONA Regina, *Niszczycki*s adversissima. Quod, ex *Actionum Regiarum*, anni MDXXIX, paginis postremis cognovimus.

XCV.

STEPHANUS NISZCZYCKI, Eques Masovius ejusdem generis cum in Cracoviensi Academia Musis, operaretur: *Lechopaediam*, sive orationem, De Polonorum Recta Institutione Academica, vi Kalendas Maii, MDCXXXVIII, Ordinum Academicorum frequentia maxima habitam: typisque *Francisci Caesarii*, forma 4 excusam: litteratorum omnium civium judicio subiecit. Is *Niszczycki*, à *Vladislao IV* Polonorum Rege, Praefectis cubiculi Regii fuit adscriptus.

XCVI.

LAURENTIUS NICOLAI NORVEGUS, S. L. in Academia Vilmensi theologiae Professor: Vide *Nicolai*.

ANDREAS NOSKOWSKI, Nobili
Masovius, isque Plocensis Ecclesiae
tistes: IX Kalendas Novembris, an
Salutis MDLXVII, aetatis LXXVI, fato fun
ctus: Bibliothecam suam, libris antiqu
omnis generis, Masoviaeque monume
tis vetustis, omnium tunc in Poloni
locupletissimam, excitato à se Pultovi
Collegio Societatis Jesu reliquit. Qua
Suetico bello priore, detrimentum
reparabile passa est: nostrisque demum
temporibus, sublato Societatis Jesu
stituto: diversis modis lacerata et
stracta fuit.

Exstat Varsaviae, in *Zalusciae*
Bibliotheca publica, de vita *Andre*
Noscovii Episcopi Plocensis, liber
perquam elegans, inventuque perdiffi
lis: ab ipsius *Noscovii* sororis germa
nae filio, *Andrea Swiencicio*, Ter
Nurensis in Ducatu Masoviae Notari
confectus: Varsaviaeque, apud *Joann*
Trelpinski S.R. M. Typographum, an
Domini MDCXXXVII, forma 4 promul
tus **.

* E quo, excerpta ea sunt, quae *Stanislaus*
Lubienski, Plocensis ipse Praesul, in *Se*
Vitis, et Rebus Gestis Episcoporum Ploc
sium, p. 169—175, de *Noscovio* Episcopo
narravit. Eademque ferè *Franciscus Rzep*

eki, Societatis Jesu Sacerdos, in *Vitis Praesulum Regni Poloniae*, Tomo II. p. 254—258, repetiit.

** Curante *Sigismundo Swiencicio*, *Andreae* filio.

Adest etiam *Andreae Swiencicii*, *Notarii Terrae Nurensis Topographia Ducatus Masoviae* luculenta: *Varsaviae*, per eundem *Typographum*, forma simili, triennio prius in vulgus emissa ***. Quam, summe raram atque necessariam: è *Bibliotheca Francisci Comitis Biedlinscii*, *Regni Poloniae Mareschalci Supremi*, obtentam: *Laurentius Mizlerus de Kolof*, in *Historiarum Poloniae Scriptorum*, *Collectionis Magnae* Tomo I, p. 477—500, luci communi iterum exposuit.

*** *Stanislae Lubienscio*, *Plocensi* tum *Episcopo*, ab *Auctoris* filio dedicata.

XCVII.

JOANNES DE OCIESZYNO OCIESKI*, *Nobilis Poloniae Minoris*, coepit post obitum *Joannis Zambocii Equitis Masovii*, *SIGISMUNDO Seniori Regi Poloniae* per familiaris esse, et agitandis *Domus Regiae negotiis secretis adhiberi*. A *SIGISMUNDO AUGUSTO Rege*, ad *JULIUM III Summum Pontificem*, ad *CAROLUM V*

Romanorum Imperatorem, et ad Solimanum II Turcarum Caesarem, Legatus missus: ab eoque, Regni Poloniae primum Procancellarius, et deinceps Cancellarius Supremus, Cracoviensisque generalis Praefectus creatus: praeterea aliis Praefecturis Poloniae Minoris atque Roxolaniae opulentissimis auctus fuit.

- A Simone Starovolscio, in Opusculo, Claris Oratoribus Sarmatiae, Editionis Florentinae, p. 28 sq, sic laudatus: „*Joannes de Ocieszyno*, verum togae decus, „*Musarum patronus*, cum aliis virtutibus immortalitatem sibi paravit, tum inimicis, et ut *Joannes Herburtus* aeo praeclarus Orator judicabat, ne tantum quidem aliis eloquentiae laude, per omnia aetatis progressus, tot honorum gradibus suapte nixu assecutus est, ut nullo manu porrigente, ad culmen Supremi Cancellariatus evaderet: Legationibus comploribus ad diversos Principes peractis, (neque enim ullius ore saepius tum, quam *Ocieszyno* locuta est Polonia) non pro officio tantum, sed pro dignitate etiam Reipublicae munus susceptum obiret. Quippe, praeter magnitudinem ingenii, et sublimitatem animi, principatum insuper juribus omnes deferebant: et abyssum eruditionis alii, alii scientiarum mare, alii litterarum solem, perpetuumque litterarum dicere

„ torem appellabant. Maxime, quod libere se
 „ natum cogitans, ad nullius arbitrium, aut
 „ loqueretur, aut taceret: et ingenuitatem
 „ sermonis, spe pretii, aut foedo adulationis
 „ vitio, non corrumperet.,,

Exstant Varsaviae: in Regni Tabula-
 rio Maiori, Litterarum publicarum Re-
 gni Polonici, sub SIGISMUNDO AUGUSTO
 Rege, à Joanne de Ocieszyno Ocieski
 Cancellario: annis MDL—MDLXIII expedi-
 tarum, Volumina protographa quatuor,
 folii magnitudine: Epistolarumque **,
 Sigismundi Augusti Regis nomine, ad
 Solimannum II Turcarum Caesarem, à
 Joanne eodem Ocieski Cancellario, annis
 MDL—MDLVIII Latine scriptarum, Volu-
 men peculiare *** characterē et forma
 simili.

** Quibus loco suo insertae sunt, Solimanni
 Caesaris Responsiones, per Ibrahimum Beg
 Interpretem maximum, Adiectaque est, Le-
 gatio ab Alexandro Palatino Valachiae, ad
 Regiam Majestatem, per Abrahamum Ba-
 nilowski Valachum: allata Vilnam, mense
 Decembri, anno Domini MDLV: lingua Po-
 lonica.

*** Apographum elegans, sed non integrum
 inter Zalusianos Codices MSStos, folii ma-
 gnitudine, sub numero cxxlvi invenitur.

Joannis Ocieski, Magni Poloniae
 Cancellarii. aliorumque Heroum Polo-

norum, ad *Stanislaum Hosium* Episcopum Varmiensem Epistolae nondum editae, in Bibliotheca Episcopali Heilsbergae asservantur. Ubi eas diebus hisce in usum regiae Bibliothecae Varsaviensis, accurate describi curavit *Andreas à Keuler*, Serenissimo STANISLAO AUGUSTO Regi à Legationum Consiliis. Epistolam eam: quam *Hosius* Episcopus ad *Joannem Ociescium* Cancellarium Heilsbergae XIV Martii MDLVII exaravit *Hosii* ipsius, iam S. Romanae Ecclesiae Cardinalis, et Poenitentiarum Maioris Operum omnium, Coloniae Agrippinae publicatorum, Tomus Secundus, p. 13 sq. exhibet. *Latini Latini Viterbiensis* Epistolarum Liber: è Bibliotheca Cathedralis Ecclesiae Viterbiensis à *Domenico Magro* Viterbiensi Canonico collectus, ac Romae typis *Tinassii*, MDCLXXII forma 4 excusus ****: p. 18 sq. 32 sq. 34, 38, 55 sq. 80 sq. 93 sq. 100 — 102 et 123, sistit Epistolas, *Jacobi Putti* Cardinalis nomine, ad *Joannem Ociescium* Regni Poloniae Cancellarium Summum, annis MDLIV, MDLV, MDLVI, MDLVIII, & Curia Romana datas.

*** Ipsa in Urbe non facile obviat.

93 in Orationes Latinae ab *Ociescio*, Regis ac Republicae Legato, ad Principes

pes exteros habitae, ubinam latitent: prorsus ignoramus. Princeps *Jablono-vius*, Palatinus Novogrodensis, in Museo Polono, p. 168, Statuta et Constitutiones regni, per *Joannem de Ocieszyno* Cancellarium edita produxit. Quae tamen, non ab *Ociescio* ipso, sed à *Joanne Herburto*, Premisliensi adhuc † Succamerario, regioque Secretario, in ordinem alphabeti sunt digesta, inque publicam lucem prolata ††. Quibus praefixa est *Joannis de Ocieszyno*, Regni Poloniae Cancellarii, et Praefecti generalis Cracoviensis, Epistola ††† suavis ac blanda: qua *Herburtum*, veterem amicum familiaremque suum, ad edendas omnes regni Leges et Constitutiones incitavit.

† Sanocensi postea Castellano Regni Senatore, Premisliensisque Terrae Praefecto.

†† Cracoviae, mense Januario anni MDLXIII, foliis integris. Ibidemque, et Samoscii, et Gedani, crebro repetita.

††† Cui, neque loci, neque temporis signum est appositum.

Ociescius ille Cancellarius, doctorum virorum, et studiosorum juvenum Maecenas singularis: *Joannem* atque *Valentinum Herburto*s Fratres, *Lucam Gornicium*, *Martinum Cromerum*, et

Stanislaum Carncovium, in assequendis honoribus ac fortunis plurimum adiecit: *Joannem* autem *Grodecium*, *Januarentiumque Goslicium*, ac *Stanislaum Rescium*, in frequentandis Gymnasiis externis, pecunia annua potissime sublevavit. Fato ipse concessit, quinto Idus Maias anni MDLXIII. Legas de eo aevi ejus nobilissimos scriptores, *Stanislaum Orichovium* in *Annali Tertio* Edit. Dobromilen. p. 91 sq: *Gedanensem* p. 77: *Lipsien.* p. 1521 sq: *Lucamque Gornicium* in *Opere vernaculo*, De *Gestis Gentis Polonae*, annorum MDXXXVIII MDLXXII, Edit. Cracovien. p. 16. 36, 50, 53, 114, — 118, 138, 161 et 177: *Varsavien.* p. 16, 34, 49, 53, 115 — 120, 142, 163, et 181. Etiam inspicias *Bartholomaeum Paprocii* vernaculum Opus, De *Insignibus Nobilitatis Polonae*, p. 121. *Simonis Okolscii*, *Orbis Poloni* Tomum I. p. 523. *Casparis Niesieci*, vernaculi Operis *Genealogici* Tomum I, p. 256, et Tomum III, p. 396: *Stanislai* quoque *Dunczewscii* *Analectorum*, De *Familiis Gentis Polonae*, *idiomate patrio divulgatorum* Tomum I, p. 145.

His omnibus iam dictatis, industrieque perscriptis: nostras in manus venit *Actionum Regiarum Sigismundi Jagellonii* Tomus Decimus nonus autogra-

phus, olim *Carncovianae*, nunc *Malachovianae* Bibliothecae proprius. Cui, fol. 232 a — 233 a, et 235 a sq. inest: Legatio à *Sigismundo Seniore* rege, et a *Bona Sfortia* regina Poloniae, ad *Paulum Tertium Pontificem Maximum*, die xvii Novembris, anno Domini MDXL, data *Joanni Ocieski* Aulico adhuc Regio; qui apud Sanctitatem Suam curaret, ut pecunia, quam Sacrarum Annatarum, Palii, aliarumque rerum gratia solvere istic Episcopi consueverunt, in usus Reipublicae conferri possit.

XCVIII.

ALBERTUS OCZKO *, Eques Bohemus indigenatu Polonico ** cohonestatus: apud *Sigismundum Augustum*, *Stephanumque Bathorem*, et *Sigismundum Tertium*, Poloniae Reges, Archiatri atque Secretarii intimi locum magna auctoritate tenuit. Opus excellens ***, *De Variis Affectionibus Corporis Humani*, Earumque Curatione, sermone confecit Polonico: Cracoviaeque, in Officina *Lazari*, MDLXXXI, forma 4 divulgavit. In *Simonis Starovolscii* Monumentis Sarmatarum, p. 724, *Oczko* ille, aetatis suae anno LXIV, fato defunctus perhibetur. Annus autem Christianae Salutis, quo diem suum obierit, non

exprimitur. In ejusdem *Starovolscii* Elogiis, et Vitis Illustrium Poloniae Scriptorum, Edit. Venet. p. 181, *Oczkonia* honorifica fit mentio.

* Latine *Ocellus*.

** Inspice quaeso *Niesieci* Operis Genealogici Tomum III, p. 397.

*** Adeoque rarum, ut praeter Exemplar: quod *Zalusiana* Bibliotheca publica possidet Conditori ejus illustri, aliud nusquam fuerit visum.

XCIX.

SBIGNEUS DE OLESNICA OLESNICKI * è domo vetere et illustri: Cracoviensis primum Canonicus Cathedralis, Divi quae *Floriani* apud Urbem Cracoviam Praepositus, et Maior Secretarius VLADISLAI JAGELLONIS Regis Poloniae deinceps autem Episcopus Cracoviensis *** , primusque è Gente Polonica S. Romanae Ecclesiae Cardinalis **** , ac primus Dux Severiae *****: divinis facinoribus suis Saeclorum posteritati maxime commendatus: Sandomiriae obiit supremum Kalendis Aprilis, Reparatæ Salutis anno MCCCCLV, ætatis suae LXVII.

* Sic à Nostratibus nunc scribitur: ab ipsa autem *de Oleschniza Oleschnizki* pronuntiatur.

* Ea tempestate Legatus ad *Sigismundum* Romanorum atque Hungarorum Regem *Vra-*
tislaviam missus.

*** Tunc *Herus* ac *Maccenas Dlugossi*, qui *Annalium* Polonicorum opus absolutum, *Olesnicii* Cardinalis ad *Coelites* iam transgressi manibus sacrayit.

**** Legitime ab *Eugenio* Quarto Papa creatus, atque à *Nicolao* Quinto confirmatus. Titulo *S. Priscæ* ab utroque honoratus.

***** Severiensem in *Silesia* Ducatum, à *Venceslao* Duce *Tessinensi*, *Sbigneus* ille ipse *Olesnicius* Episcopus *Cracoviensis* sex millibus marcarum grossorum *Pragensium* emit, *Cracoviensisque* Episcopatui jure perpetuo annexuit.

Est adhuc *Cracoviae*, inter *Codices MSS*tos † *Bibliothecae* *Academicae*, *Vita Sbignei Olesnicii*, *Sacrae Romanae Ecclesiae Presbyteri* *Cardinalis* et *Episcopi Cracoviensis*, à *Philippo Callimacho Experiente* *Hetrusco* exule, propria sua manu composita. *Vita* autem ejusdem *Cardinalis* atque *Antistitis*, à *Stanislao Orichovio Roxolano* senescente, è monumentis domus *Olesnicianae* conscripta, post auctoris fata dispersit ††, antequam typis potuerit excudi.

† Eorum *Catalogo*, p. 104. indicante.

†† *Andrea Tricesio* Equite *Polono* narrante, in *Epistola* ad *Hieronimum Garwascium*.

Gnesnensem Metropolitanum Cancellarium
 atque Cracoviensem Cathedralē Canonicum,
 Cracoviensis Academiae Maecenatē singula-
 rem, Pinczoviae Pridie Idus Junii MDLXXII
 data: *Zaluſciano* Volumini *Miscellaneo*
 cccxcv, cui *Stanislai Carnovii*, *Andreae*
Patricii, *Jacobi Gorscii*, *Petri Skargae*,
 aliorumque Polonorum inclitorum insunt
 Epistolae nondum editae, p. 325 sq, inserta.

Ante scriptorem utrumque, *Joannes Dlugossus* Canonicus Cracoviensis,
 in *Vitis Episcoporum Cracoviensium*
 MSStis, fol. 22b—25b, de *Sbigneo Oles-
 nicio* Episcopo Patreque Purpurato
 ingenuè ac naviter exposuit. Qui etiam
 in editis *Annalibus regni Poloniae*, sub
 annis MCCCCX—MCCCCLV, *Olesnicii* sui
 Praesulis atque Herois tanti gesta, oc-
 casione frequentinotavit †††. E geminis
 ejus opere collecta sunt, quae *Simone*
Starovolscius Cracoviensis Canonicus
 in *Vitis Antistitum Cracoviensium*, p.
 131—141, de *Sbigneo Olesnicio* tradi-
 dit. De quo ipso *Alphonsus Ciaconius*
 atque *Augustinus Oldoinus*, in *Vitis*
Rebus Gestis Pontificum Romanorum
 et S. R. E. Cardinalium, Tomo II, p. 91
 sq, *Franciscusque Rzepnicius*, in *Viti*
Praesulum Regni Poloniae, Tomo I, p.
 308—314, egerunt.

††† *Mathias de Miechovia* atque *Martinus Cromerus*, caeterique auctores, qui res *Olesnicii* Cardinalis memorarunt, ab amanuensi meo, luminibus utrisque ac pectore aegro, nunc evolvi haud possunt.

Superesse *Czenstochoviae*, in Bibliotheca Coenobii Ordinis S. PAULI Primi Eremitae, *Sbignici* episcopi Cracovien. constitutiones synodales anni MCCCCXXXVI, vetusto volumini Miscellaneo inditas: Codicum MSSorum, alienis in Bibliothecis, à *Zaluscio* Antistite Kioviensi repertorum ac perlectorum, Index Prior, p. 124a refert.

Cracoviensi autem in Tabulario Cathedrali, *Sbignici* card. et epi. cracovien. literas ad summos Pontifices et ad cardinales. ad Reges Polonie et ad magnos duces Lithuanie. ad duces Masovie. itemque ad duces Slesie. manu antiquiore perscriptas, Volumineque peculiari comprehensas, adhuc servari: Codicum MSSorum, alienis in Bibliothecis, à *Zaluscio* eodem Antistite visorum atque examinerum, Index Alter, p. 38, nunciat.

In Codicum MSSorum Cracoviensis Bibliothecae Academicae Catalogo,

toties à nobis adducto, p. 202 sq, et 203.
Sbignei Olesnicii, Cardinalis atque Episcopi Cracoviensis, monumenta illa enumerantur:

Sbignei de Olesnica, Praepositi S. Floriani extra Urbem Cracoviam. Secretarii Regi ad Jacobum * Episcopum Spoletanum, Martini Quinti Papae in Germania Legatum, Epistola.

* De Turcis.

— ad Paulum Wladimiri, Custodem Cracoviensem et Legatum Regium apud Sedem Apostolicam, Epistolae II.

Sbignei Olesnicii electi Episcopi Cracoviensis, ad Andream Lascarium Episcopum Posnaniensem Epistola responsiva.

Sbignei Olesnicii Episcopi Cracoviensis, ad Conradum Ducem Olsnensem et Episcopum Wratislaviensem Epistola: una cum Responso Conradi Ducis et Episcopi, contra Caliam.

— ad Nicolaum Lasocium, Decanum Cracoviensem et Legatum Regium in Concilio Basileensi, Epistolae II.

— ad Derslaum Zborovium, Cracoviensis Ecclesiae Archidiaconum et

Oratorem in Concilio Basileensi,
Epistolae III.

— ad Theologos Universitatis Cracoviensis, in Concilio Basileensi agentes, Epistolae V.

Shignei Episcopi Cracoviensis, ad Eugenium Quartum Papam Epistola.

— ad Julianum ** Cardinalem, Eugenii Papae à latere Legatum in Polonia Hungariaque, Epistolae II.

** De *Caesarinis*.

— ad Wenceslaum Tessinensem, et ad Boleslaum Oppoliensem, Silesiae Duces Epistolae X.

Shignei Episcopi Cracoviensis, ad Wladislaum Poloniae atque Hungariae regem, Epistolae II.

— ad Casimirum Lituaniae Magnum Ducem, Epistola.

— ad Casimirum Poloniae Regem electum, Epistolae II.

— ad Vincentium Kot, Gnesnensem Archiepiscopum et Primate[m], Epistolae III.

— ad amicum, de sua futura promotione ad Cardinalatum, Epistolae II.

Shignei Cardinalis et Episcopi Cracoviensis, ad Nicolaum Quintum Papam Epistolae IV.

— ad Coetum Cardinalium Epist. IV.

— ad Joannem Dlugossum Canonicum Cracoviensem, Legatum suum

in Curia Romana, Epistolae responsivae.

Sbignei Cardinalis et Episcopi Cracoviensis, ad Casimirum Poloniae Regem et Lituaniae Magnum Ducem Epistolae V.

— ad Sophiam Reginam Poloniae viduam † Epistolae II.

† *Casimiri tunc regnantis matrem.*

— ad Regni Hungariae Barones universos †† Epistolae II.

†† Inter bello *Ioannem de Hunyad* atque *Joannem Iskram* componendo. De quo *Dlugossus* noster, in *Annalibus Regni Poloniae* sub anno *MCCCCXLIX*, p. 52 — 54, commemoravit.

— ad *Joannem de Hunyad* Hungariae Governatorem Epistolae II.

— ad *Joannem Iskram*, militiae Ductorem in Hungaria, Epistolae III.

— ad *Joannem Dlugossum*, Canonicum Cracoviensem, et Legatum Regium apud Hungariae Barones, Epistolae VI.

Sbignei Cardinalis, et Episcopi Cracoviensis, ad Nicolaum Quintum Papam Epistola, de Canonizatione *S. Hyacinthi*.

— ad Nicolaum Quintum Papam Epistola

stola de P. Capistrano, qui se purgat ab haeresi Bohemorum.

— ad Berardum †† Episcopum Spole-
tanum, Nicolai Papae Legatum in
Polonia, Epistolae III.

†† De *Herculeis*.

— ad Aeneam ††† Patricium et Epi-
scopum Senensem, Apostolicae Se-
dis Legatum de latere in Germania
atque Hungaria, Epistolae VII.

††† De *Piccolominibus*.

— ad Thomam de Strempino, Cano-
nicum Cracoviensem et Regni Polō-
niae Vicecancellarium, Epistola.

— ad Paulum de Baranowo, Vicari-
um Cracoviensem, Epistolae II.

— ad Thaddaeum Tarvisinum Physi-
cum Epistolae II.

Sbignei Cardinalis et Episcopi Cracovi-
ensis, ad diversos, Epistolae xxxiii.

Eodem in Catalogo, sub vocabulo
Cracovia, p. 107 indicatur: Syno-
dus Dioecesana Cracoviensis, à Sbi-
gneo Olesnicio, Cardinali et Epi-
scopo Cracoviensi, anno mccccli ce-
lebrata: una cum Sermone, qui in
Synodo illa, à Matthaeo de Craco-
via dictus fuit.

Exstant in auctoris anonymi Cracoviensi Synodico †* antiquo, nondum excuso, fol. XIIIa — XVIIa, tuta synodalia pro Ecclesia cathedrali, taque dioecesi Cracovien. annis MCCCCLIII et MCCCCLIV, per Sbigneum Cracoviensem Episcopum Cracovien. sanc-

†* Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices MSS. forma 4, num: MDCCCXCXVIII, collocato.

Inserta est *Joannis Dlugossi*, Cracovien. Annalibus Regni Poloniae, sub anno MCCCXX, p. 416, 420, Oratio, quam Sbigneus de Oleschnica S. *Floriani* extra muros Cracovien. Praepositus, regiusque Secretarius Vladislai Poloniae Regis nomine, SIGISMUNDUM Romanorum et Hungarum regem Wratislaviae habuit. Iisdemque in Annalibus, sub annis MCCCXXVI p. 484: MCCCXXVI p. 490 sq: MCCCXXVI p. 518 sq, et 528 sq: MCCCXXX, p. 528 sq: MCCCXXXI p. 598 sq: MCCCXXXII, p. 607 sq, et 609: MCCCXXXIII, p. 648: MCCCXXXIV, p. 653. et 662 sq: MCCCXXXVII, p. 695 sq. item MCCCXLVI, p. 70 sq: MCCCCLI, p. 70 sq, et 77 sq: MCCCCLIII, p. 89: et MCCCCLIII, p. 112 et 113, Orationes à *Sbigneo Olesnicio* Antistite Cracoviensi

Cracoviensi, Patreque iam Purpurato, sive
ad reges, sive ad Ordines Regni Polo-
niae dictae, recensentur. Quibus, sub an-
no MCCCCLII, p. 75 sq, *Sbignei*. tit. S. Priscæ
Presbyteri Cardinalis et Episcopi
Craco. Litterae, ad Joannem de Capistrano
Siculum, Ordinis Fratrum Minorum B.
Francisci de observantia professum, Sa-
cræ Theologiae Doctorem et haereticæ
pravitatis Inquisitorem generalem, Cra-
coviæ secunda die mensis Augusti MCCCCLI
scriptae ††**, immiscentur.

††** A *Vaddingo* atque *Barberio* omissae.

In *Lucae Vaddingi* Hiberni Anna-
rum, trium Ordinum à S. FRANCISCO
institutorum, Editionis Romanae locu-
pletioris et accuratioris Tomo XII, p.
38 sq, 162 sq, 194 sq, 199—202, et 210,
litterae à *Sbigneo* tit. S. Priscæ Car-
dinali et Episcopo Cracoviensi, ad
Joannem de Capistrano, Ordinis Fra-
trum Minorum, Sandomiriae xv Aprilis
MCCCCLII, Cracoviæ xxviii Martii MCCCCLII,
iterumque Sandomiriae xxii Januarii
MCCCCLIV, et Cracoviæ xvi Augusti
MCCCCLIV, ibidemque feria sexta post diem
PETRI ad Vincula anno eodem datae,
exhibentur. Hae eadem Litterae in com-
pendium redactae, à Joanne Baptista
Barberio, in vita B. Joannis de Capi-
strano, p. 110—114: repetantur.

C.

SBIGNEUS alter de Olesnica **OLESNICA** ch
 * stirpis ejusdem clarissimae: Cracovien-
 sis Ecclesiae Cathedralis primum Cellar-
 ius, et deinde Scholasticus, simul
 que Regni Poloniae Procancellarius
 Vladislaviensis postea Episcopus ac
 **; Gnesnensis tandem Archiepiscopus
 totiusque Poloniae Primas: Lovicii ip-
 sie Purificationis B. MARIAE Virginis
 anno CRISTI MCCCCXCIII, septuagenario
 finem vitae implevit. Ejus res gestas vi-
 tutesque litteris prodiderunt *Stephanus*
Damalevicius, in vitis Vladislaviensis
 Episcoporum, p. 340 — 345, inque *Se-*
Archiepiscoporum Gnesnensium, p. 272:
 et *Stanislaus Buzenscius*, in vitis
Archiepiscoporum Gnesnensium et Regni
Poloniae Primatum ineditis, p. 610
 629: *Laurentiusque Mizlerus de Hol-*
in Epitome Buzensciani Operis, Ac
Litterariis Regni Poloniae anni MDC
 inserta, p. 59 sq: atque *Franciscus*
pnicius, in vitis Praesulum Regni Po-
 niae, Tomo I, p. 104 sq.

* Amicissimus *Philippo Callimacho* Ep-
 enti Hetrusco exuli. Cujus Epistolas,
Olesnicium illum scriptas, loco suo no-
 nabimus.

** *Casimiro Jagellonide Rege tunc apud Litu-
tuanos agente.*

Oratio, qua Sbigneus de Olesnica
Scholasticus Cracoviensis, Marcum ***
Venetum Cardinalem S. *Marci* et Le-
gatum Apostolicum ante portam maio-
rem Cathedralis Ecclesiae excepit: in
Catalogo Codicum MSSorum Cracovi-
ensis Bibliothecae, p. 203 memoratur.

*** Quid *Marcus Barbus* Patricius Venetus,
S. *Marci* Presbyter Cardinalis et Patriarcha
Aquilejensis, conficiendae inter *Casimirum*
Jagellonidem atque *Mathiam Corvinum* Po-
loniae Hungariaeque Reges pacis gratia, à
Sixto Quarto Papa Cracoviam missus ef-
fecerit: accurate et plene te docebit *Joannes*
Dlugossus, in Annalibus Regni Poloniae,
sub anno MCCCCXXII, p. 482—486. Rela-
tionem propriam de Legatione sua in parti-
bus Septentrionalibus, *Marcus* ille Cardina-
lis et Patriarcha pro posteris reliquisse tra-
ditur ab *Augustino Oldoino*, in Athenaeo
Romano, p. 480.

Litterae publicae Regni Polonici
Casimiro Tertio **** Rege, à Sbi-
gneo de Olesnica Scholastico Cracovien-
si, Regni hujus Vicecancellario, annis
MCCCCLXXIII—MCCCCLXXVII expeditae: à
Stephano Casimiro Hankievicio, in Sy-
nopsi variorum Librorum Metricae Re-

gni, per Suecos hostes receptorum, per
que eisdem vigore Pacis Olivensis
stultorum, p. 15 notantur.

*** Alias *Jagellonide* cognominato.

Statuta Synodalia † vetera ††
nova ††† pro tota Provincia Gnesnensi
in Sacra Synodo Provinciali Petrice
viae Gnesnensis Dioecesis civitate,
xxii Januarii mccccclxxxv, sub fel
præsidentia Reverendissimi in Christi
Patris ac Domini *Sbignei de Olesni*
Sanctae Ecclesiae Gnesnensis Archiep
scopi et Primatis, de consensu Re
verendissimorum Dominorum Coëpiscop
rum ††††, ac Praelatorum tam Relig
sorum quam Saecularium, totiusque
ri Provinciae Gnesnensis approbata
publicata. Oratioque †††† ad unive
sum Ordinem Ecclesiasticum Regni P
loniae, à Philippo Callimacho Exper
ente Florentino, Casimiri Tertii Pol
niae Regis Secretario, tunc habita.
Lanciciensis Ecclesiae Collegiatae Tab
lario, ad Principem *Adamum Ignatiu*
Romorowscium, Gnesnensem quonda
Archiepiscopum, Legatumque Natu
et Regni Poloniae Primatem delata:
Curiae ejus Cancellario, Gnesnensis
Ecclesiae Metropolitanae Canonico, *La*
rentio Swinarscio, in Epistola vernac

la ad *Josephum Andream* Comitem *Zaluscium*, Regni *Poloniae* tum *Referendarium* supremum, *Squiernieviciis* die *xxiii* *Aprilis* *mdccl* exarata, eruditissime percensentur.

† De extirpandis haeresibus, deque reformatendis Cleri ac Populi moribus.

†† A *Nicolao Kottwicio*, *Gnesnensi* Canonico *Metropolitano*, *Sbigneique Olesnicii* *Archi-* *praesulis* et *Primatis* *Cancellario*, correcta.

††† Ab eodem *Kottwicio* conscripta.

†††† *Petri de Bnino* *Vladislaviensis*, atque *Petri de Chotkovo* *Plocensis*, *Antistitum* *praesentium*. Quibus *Leopoliensis* *Archipraesulis*, *Cracoviensisque*, *Vratislaviensis*, *Ponaniensis*, *Lubussensis*, *Vilnensis*, *Mednicensis*, *Culmensis*, *Praemisliensis*, *Chelmen-* *sis*, *Luceoriensis* et *Cameneccensis*, *Praesulum* *absentium* *Nuncii* ac *Procuratores* *acces-* *serunt*.

††††† De praestando Celsitudini Regiae é re- *ditibus* *Ecclesiasticis* *subsidio*, ad *prosequen-* *dum* *bellum* *Prussicum*.

Ecclesiasticarum *Orationum* à *Re-* *verendissimo* *Patre* ac *Domino* *Sbigneo* *Olesnica*, *Gnesnensi* *Archiepiscopo* *Primateque*, ad *Clerum* atque *Populum* *patrio* *idiomate* *dictarum*, *Volu-* *men* *haud* *parvum* *Gnesnae* in *Tabula-* *rio* *Metropolitano* *ostenditur*.

Corrigi debent *Bartholomaeus Procius* †* et *Simon Okolscius* ††**, *Josephusque Andreas Comes Zaluscius* †††***, *Sbigneum hunc Olesnicio Gnesnensem Archipraesulem et Primate* cum *Sbigneo Olesnicio Cardinali Praesuleque Cracoviensi confundentes.*

†* In opere vernaculo, *De Insignibus Nobilitatis* Polonae, p. 299.

††** In *Orbis Poloni* Tomo I, p. 146.

†††*** In *Conspectu edendi Synodici Polonae Orthodoxae*, p. 9.

CI.

a, **JOANNIS OSTROROGI ***, *Clarissimae Poloniae Baronis Monumentum, de Re publicae Polonae Ordinatione, Casimiro Jagellonidi Polonorum Regi, Petricoviae in Conventu generali mense Aprilis anni MCCCCLXXVII oblatum, in SIGISMUNDI JAGELLONII Actionum Regiarum Volumine Decimoseptimo, è Cracoviensi Bibliotheca Academica huc advectum p. 631—664, suum locum habet.*

* De quo, in *JANOCIANORUM Volumine II*, n.° xcvi, p. 192—193, egimus.

b. **STANISLAI OSTROROGI ****, *Calissimae Castellani Legatio, quam SIGISMUNDUS Primi Poloniae Regis Magnique Litu*

niae Ducis nomine, apud *Bonam Sfortiam* Mediolani et Bari Ducem, Regis ejusdem sponsam peregit: SIGISMUNDI JAGELLONII *Actionum Regiarum* volumini Tertio, Exemplaris Academiae Cracoviensis, partitum est inserta. Earundem *Actionum* volumini Decimonono, ejusdem Exemplaris, p. 322—325 inest: Oratio post SIGISMUNDI Primi Poloniae Regis obitum, nomine *Bonae Sfortiae* reginae viduae, ad Carolum Quintum Romanorum Imperatorem, habita à *Stanislao Ostrorogo* *** Patricio Regni Poloniae, mense Junio anni MDXLVIII.

** Crebram atque honorificam de eo mentionem, Diario Nuptiali *Sigismundi Primi* Poloniae Regis, et *Bonae Sfortiae* Ducis Barenensis, intexuit *Jodocus Ludovicus Decius*. In *Janocianorum* Volumine II. num. mcviii, p. 195 sq. de *Stanislao* illo *Ostrorogo* summus locuti.

*** *Stanislai* Calissiensis Castellani nepote: Medirencensi postea Castellano ipso renunciato. De quo, in *Janocianorum* Volumine II, num: xcix, p. 196 sq. verba fecimus.

CII.

a. NICOLAI STEPHANI PACII, Vilmensis Antistitis: cujus, in *Janocianorum* Volumine II, num: cv, p. 205 meminimus: Epistola Pastoralis prodiit, cum tali

inscriptione: Modus et Ordo boni regiminis, in Dioecesim Vilnensem introducendi, sancitus ab Illustrissimo, Reverendissimo et excellentissimo Domino, D. *Nicolao Stephano Pac**, Dei et Apostolicae Sedis gratia, Episcopo Vilnensi, SS. Domini Nostri, Domini Innocentii Divina providentia Papae XI Praelato Domestico, et utriusque Signaturae Gratiae et Iustitiae Referendario, etc. Vilnae anno MDCLXXXII, die XII^{ta} Februarii, publicatus: typis Academicis Societatis JESU. Forma 4. Legas de *Pacio* illo, Principis *Andreae Chrysostomi Zaluscii* Epistolas Historico — Familiares Tomo I, p. 658: sq. Casparis quoque *Niesiecii* Vernaculum opus Genealogium, Tom. III. p. 548. *Petrique Koialovicii* Episcoporum Vilnensium, ab anonymo scriptore continuata MSS, p. m. 66, et *Francisci Rzepnicii* vitas Praesulum regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, Tom. II, p. 195 sq.

* Sic à Nostratibus hoc nomen illustre scribitur: quod *Patz* ab ipsis pronuntiatur.

b. PHILIPPI PADNIEVII, Regni primum Procancellarii et Episcopi Premisliensis: deinceps autem Pontificis Cracoviensis: studiosius à nobis, in volumine II, numeri CVII, p. 207 — 210, memorati: operibus

adiungi debet Litterarum publicarum Regni Polonici, sub SIGISMUNDO AUGUSTO Rege, à *Philippo Padniewski* Procancelario, annis supra Millesimum quingentesimum LIX, LX, LXI et LXII expeditarum volumen autographum, olim Cracoviae, nunc autem Varsaviae, in Regni Tabulario Maiori reconditum.

CIII.

BARTHOLOMAEUS PAPROCKI Eques Polonus Auctorque * Genealogiarum Polonicarum gravissimus, cura singulari à me dicendus esset. De quo tamen in hac imbecillitate id solum annoto, quod ipse partium Austriacarum sequax: *Stephano Bathoreo* Polonorum Regi optimo, *Joannique Zamoiscio* ** Cancellario incomparabili, mire infensus: declamationibus et carminibus probrosis utrosque lacesiverit, ideoque patria sua delucrium excedere.

* Idem, et Orator Latinus, et Poëta Polonicus, haud vulgaris.

** *Reinholdus Heidensteinus* Eques Prutenus, *Stephani* Regis Secretarius et amicus intimus, *Zamoiscii* Cancellarii familiarissimus, in Vita *Zamoiscii* MSta, p. 147, *Papracium* sequenti disticho à *Zamoiscio* castigatum memorat:

Paprocium vatem, Bavii Maeviique sodalem,
Sol ungat, quaeso, Juppiter ipse lavet!

Quam variam deinde apud Moravos ac Bohemos fortunam sit expertus, scriptor Bohemorum industria ac fide omnibus maxime probatus, *Bohuslaus Balbinus*, in *Miscellaneorum Historicorum regni Bohemiae: Operis rarissime ob- vii: Decadis II, Lib. I, Cap. XIX, p. 107-109, verbis iis enarravit.*

„ Unicum Bohemia, quod sciam,
„ Stematographum habet, Bartho-
„ lomaëum Paprocium de Glogol,
„ Equitem Polonum. Qui postquam
„ Poloniae Stemmata in Patria per-
„ censuisset, edito egregio Libro,
„ (cui Nidus Virtutum titulum fe-
„ cit,) quem nunquam mihi videre
„ contigit, sed ab Okolscio magno-
„ pere laudatum novi: Slavicarum
„ Familiarum cognoscendarum stu-
„ dio incensus, in Silesiam Polo-
„ niae vicinam primum sese trans-
„ tulit: cumque ibi Slavico genere
„ Teutonicum confusum invenisset,
„ hisce praeteritis, Slavicas Fami-
„ lias Polonis fere consanguineas,
„ et ab eadem saepè Origine descen-

„ dentes percussit: vulgato Libro,
„ quem inscripsit: Dialogus Viatoris
„ Silesiam transeuntis cum Hospite
„ Silesio: eumque Librum sat ne-
„ gligenter compositum Prosskoviis
„ caeterisque Silesiae Baronibus de-
„ dicavit. Tum in Moraviam trans-
„ gressus est, et hospitaliter ac be-
„ nigne à Pawlovio Episcopo Olo-
„ mucensi, caeterisque Moraviae
„ Proceribus acceptus, multis ibi
„ annis usque ad A. 1593 consedit:
„ scripsitque iustum Volumen, Spe-
„ culum Marchionatus Moraviae,
„ magna approbatione, atque etiam
„ liberali remuneratione acceptum;
„ quo omnes, quas invenire potuit,
„ Moraviae Familias descripsit, ea-
„ rumque Clypeos militares, rudi-
„ quidem et ligneo sigillo, sed dili-
„ genti manu expressas, Libro in-
„ seruit. Tandem in Bohemiam se
„ contulit, multisque annis multo-
„ rum Procerum ingratis et gra-
„ tiis, in Bohemicae Nobilitatis Ori-
„ gines inquisivit, liberalitate et
„ favore praecipue usus Joannis
„ Zbinkonis de Hazmburg, doctis-
„ simi in Nobilitate nostra viri. Sed
„ non aequè omnibus in Bohemia
„ grata accidit ea Stemmatum in-
„ quisitio, sive ob innatam quibus-

„ dam Nobilibus superbiam: sive
 „ quod metuerent, ne aliae Fami-
 „ liae suae Stirpi praeferrentur: sive
 „ quod nihil de Gente sua annota-
 „ tum haberent, quod Paprocio
 „ communicarent, et eam Memoria-
 „ rum paupertatem fateri nollent:
 „ sive alias causas, cur Paprocium
 „ repellerent, obtenderent.

„ Scio Virum Illustrissimum, et
 „ inter Proceres ejus aevi non po-
 „ stremum, cum ad eum Paprocus
 „ adisset, et singulari verborum
 „ comitate et humilitate, quid ve-
 „ nisset, aperuisset, illum Catonia-
 „ no supercilio respondisse: nihil
 „ sibi negotii esse, ac fore cum igno-
 „ to homine, qui fortasse ex Patria
 „ profugus in Bohemia sese occule-
 „ ret, ac vana spe deceptam Nobi-
 „ litatem emungere auro insidiare-
 „ tur, in famis suae solatium: Stir-
 „ pem suam in Bohemia omnibus
 „ saeculis floruisse, in maxima glo-
 „ ria vixisse, Magistratibus altis-
 „ simis gloriose perfunctam esse,
 „ quod omnibus constaret; proinde
 „ facesseret, neque unquam do-
 „ mum suam reviseret; non egere
 „ se trivialium hominum praeconio.
 „ Paprocus pudore confusus et

„ contemptus disscesit , atque de
„ illo Stemmata pauca quaedam at-
„ tulit , tantum ne omisisse pror-
„ sus Stemma videretur. Haec mihi
„ Nepos primarii illius viri, opti-
„ mus et amicissimus , ac nomini ac
„ studiis meis faventissimus , audita
„ à Pare suo sene , de Avo narravit.
„ Patria maledicta , et satyricos ir-
„ risus , ab aliis quoque ex Nobili-
„ tate Bohemia audire coactus est ,
„ et Spartano silentio concoxit Pa-
„ procus : ut multis Historiae suae
„ Genealogicae locis conqueritur.

„ At meminisse oportebat Nobi-
„ les illos Viros : non esse eundem
„ semper fortunae vultum , mutari
„ Regna , iisque mutatis levissimo
„ momento Familias quoque , ut
„ ipsi vidimus , in egestatem prae-
„ cipites devolvi : et ea Stemmata ,
„ quae tantum in memoria hominum
„ vivunt , morientibus hominibus
„ mori. Quod elegantissime senior
„ Philostratus Laconica Epistola ad
„ Charitonem data expressit : Putas-
„ Graecos tuarum Orationum (Stem-
„ matis tui) memoriam retenturos ?
„ Qui vero nihil sunt , cum sunt : qui
„ nam hi futuri sunt , cum non am-
„ plius sunt ? Vale. Laborandum igi-

„ gitur Nobilibus animis magnope-
 „ re est, ut gloriam Familiae suae
 „ non in ore hominum, sed potius
 „ in litteris Eruditorum reponant.
 „ Insignis et memorabilis est Sene-
 „ cae Philosophi sententia: Scripto-
 „ rum monumenta, unum est in re-
 „ bus humanis opus, cui nulla tem-
 „ pestas noceat, quod nulla consumat
 „ vetustas: caetera, quae per stru-
 „ ctionem lapidum et marmoreas
 „ moles, aut terrenos tumulos in
 „ magnam eductos altitudinem con-
 „ stant, non propagabunt longam
 „ diem; quippe et ipsa intereunt;
 „ immortalis est ingenii memoria,
 „ etc. Quae sequuntur divina, in
 „ eandem sententiam Horatius de
 „ Carminibus suis:

Exegi monumentum aere perennius,
 Regalique situ Pyramidum altius.

„ Sed ad Paprociū revertor. Is
 „ sinè dubio omne in Genealogia
 „ sua tulisset punctum, si Chrono-
 „ logiae rationem aliquam habuis-
 „ set. Quae quidem in re minor se
 „ ipso invenitur, ut in Raupoviis:
 „ quorum Memorias omnes, cen-
 „ tum et pluribus annis antiquior
 „ res facit; quod etiam pluribus in
 locis

„ locis ab eo factum, in Stemmato-
„ graphia notabimus. Illud quoque,
„ quamquam excusatè, nonnihil re-
„ prehendum; quod nimis reli-
„ giosè Hagecii Annales exscribat,
„ unde necessum fuit, iisdem errori-
„ bus involvi. Omittit praeterea
„ omnes Dominorum et Equitum Fa-
„ milias, quae perierunt; cùm ab
„ iis per Matres, imò etiam per Fra-
„ tres et Patruales complures, quae
„ adhuc supereant, Bohemorum Stir-
„ pes descendant. Denique Equi-
„ tes, Wladicas, et eos quos voca-
„ mus *Erbotwii*, confundit: ex qui-
„ bus postremi Civilem Statum sae-
„ pè non excedunt, adeò ut etiam
„ Opifices Sellularios, et qui (cum
„ Cicerone loquar) nasum cubito
„ emungunt, in Senatu Urbecula-
„ rum sedere, quosdam etiam eo-
„ rum Wladicas appellari, et Cly-
„ peis ac Insignibus à Regibus colla-
„ tis gaudere, viderimus. Itaque
„ totus Paprocii ultimo Libro reci-
„ tatus Nobilium Index (si non ob-
„ servantur ea, quae superiùs Libro
„ isto, Cap. xv attulimus) vacillat
„ et incertus est, nihilque ad proba-
„ tionem generosae Nobilitatis facit.
„ Porrò ne quem sua laude defrau-
„ dem, Paprocii de Stemmatibus

„ Nobilium Librum multis in locis
 „ ut sic dicam, Polonissantem cor
 „ rexit, et omni peregrinitate ser
 „ monis ejecta, genuinè Bohemio
 „ loquentem reddidit, ipso Papro
 „ cio rogante, Raphaël Sobiherdus
 „ (sic eo tempore appellabatur Ra
 „ phaël Miszowsky,) me adolescen
 „ te Regni Bohemiae Vice-Cancel
 „ larius, vir pereruditus: à quo
 „ hoc mihi narrante, audivi. ”

*Zrdcadlo Slawneho Margkrabstwa
 Morawskeho, hoc est Speculum † Im
 clyti Marchionatus Moraviae. Aucto
 re Bartholomaeo Paprocki †† de Glo
 gol in Paprocka Wola. Cum consensu
 Illustrissimi Principis et Domini, Do
 mini Stanislai Pawlowski, Episcopi Olo
 mucensis, etc. ac totius Senatus, omni
 umque Ordinum Marchionatus Moraviae
 Olomutii, apud Haeredes Milichtalleri
 anno Domini MDLXXXIII, folii magnitu
 dine prodiit. Quod, in ipsis Bohemiae
 Moraviaeque, atque Silesiae Bibliothecis
 locupletioribus, rarò obvenit †††. Z
 łuscio Praesuli, Varsaviensis Bibliothecae
 publicae Conditori, olim peregrinanti,
 ti, ab Antonio Joanne Comite de Wald
 stein, Caesarei Cubiculi Praefecto, de
 natum fuit.*

† Exhibens commentaria elaboratissima de Prin
 cipibus, de Ordine Senatorio, de Ordine

Ecclesiastico, de Ordine Equestri, deque Familiis antiquis et claris, etiam de Urbibus illius Marchionatus.

†† A *Paprocio* quidem idiomate Polonico compositum, sed à *Joanne Wodicio* Pragensi Bohemicae consuetudini traditum; prout sub ipsum finem hujusce Operis notatum est.

††† Idque ab Actorum Litterariorum Bohemicae et Moraviae Scriptoribus eruditis recenseri omnino meretur. *Menckenianae* Bibliothecae, exquisitis et raris libris instructissimae, Catalogus Lipsiae MDCXXVII editus, p. 380, *Paprocium* illud Opus sic indicat:
 „ *Paprockeho Barthol.* Zrdcadlo Slawného
 „ Margkrabstwij Morawského, id est *Bartholomaei Paprocii* Speculum Nobilitatis
 „ Moraviae. Partes IV, lingua Bohem.
 „ Olomutii 1593. c. fig. Liber perrarus, quo
 „ insignia Nobilium plusquam 2500 exhiben-
 „ tur, vivis coloribus hic ornata: ad unicum
 „ exemplum, in Bibl Magdal. Vratisl. ex-
 „ stans, quod olim fuit Caroli L. B. de Zie-
 „ rotin; qui Moraviae Praefectus, ab ejus
 „ Provinciae Nobilibus impetravit, ut ad
 „ ipsum mitterent insignia sua genuinis colo-
 „ ribus distincta. ”

Hoc ipsum Opus, à Scriptore anonymo Latine versum: à *Josepho* autem *Petrasch*, Heroë Hungaro illo doctissimo, Bohemicaeque et Moravicae omnis antiquitatis ac litteraturae scientissimo, notis propriis suis illustratum, ac foras datum: falso nunciavit. Princeps *Josephus Alexander Jablonovius*,

in Museo Polono, p. 181. Commemorare
 potius Celsitudo Sua debuit *Paprotzkius*
Enucleatum, oder Kern und Auszug aus
 dem so gennanten *Mærischen Geschichts-*
Spiegel Bartholomæi Paprotzki; welcher
 aus dem Polnischen von *Joanne Woditzki*
 Boemisch versetzt, und endlich von einem
 vornehmen Gelehrten als ein Deutsch Manu-
 script besorgt worden; seiner Vortreflichkeit
 und Rarität wegen, im Compendio mitge-
 theilt, und mit einigem Zusätze vermehrt
 von M. *Christoph Pfeiffer*, Olsn. Sil. Past.
Dittmansd. Breslau und *Leipzig* verlegt
Fe-
dinand Gottfried Brachvogel Buchhändler
 1730. 4.

Stambuch Slezsky, id est Genealogiarum Silesiacarum Liber: sive Dia-
logus † Viatoris Silesiam transeuntis cum
Hospite Silesio; in quo, non tantum de
Nobilitate Silesiaca, sed etiam de rebus
aliis ad Silesiam pertinentibus, disputa-
tur. Auctore Bartholomaeo Paprocki
de Glogol etc. Brunæ Moravorum
apud Bartholomaeum Albrecht, anno
Domini MDCIX, folii magnitudine lucen-
adspexit. Eaque in Urbe, librum hunc
rarissimum Zaluscus Antistes à Socie-
tatis Jesu Presbyteris aequo pretio na-
ctus est.

† Bohemica lingua ab ipso *Paprockio* confectus
 Cujus *Balbinus* supra meminit. *Joanne*
Sinapius, *Genealogiarum Silesiacarum* Scri-

ptor Germanicus, *Paprociano* illo libro usus est plurimum; quem à *Christophoro Pfeiffero* factum Germanicum, perperam dixit Princeps *Jablonovius* l. c. p. 182.

Opus omnium, quae *Paprocus* noster sermone Bohemico protulit, optimum atque rarissimum † existimatur: *Diadochos*, id est *Origo Gentis Bohemorum*, et *Successio Ducum atque Regum Bohemiae*: item *Episcoporum et Archiepiscoporum Pragensium*: necnon *Trium Statuum Regni Bohemici*, nempe *Senatorum, Equitum, et Civium*. Opus hoc praeclarum, jam mense Junio anni MDXCVIII, à *Paprocio* absolutum, et *Rudolpho II* Romanorum Imperatori *Pragae* oblatum fuit. Ast anno demum MDCII: consentiente Illustrissimo ac Reverendissimo Principe, D. D. *Zbignaeo Berka de Duba et Lipa*, Archiepiscopo *Pragensi*, tanquam supremo Correctore: *Vetero-Pragae*, è typographia *Joannis Scumanni*, folii magnitudine in publicum exiit. *Zaluscius* Episcopus, mense Martio anni MDCCLII, in Urbe *Pragensi*, ab ejus tùm Archiepiscopo, *Joanne Mauritio*, S. R. I. Principe, Comite de *Manderscheid-Blankenheim*, Genti *Polonorum* amicissimo, velut mutui amoris pignus perpetuum accepit.

† Bohemice ab ipso *Paprocio* conscriptum, à

Raphael autem *Sobihardo* Bohemo correctum et emendatum. Maximèque dignum, quod in Actis Litterariis Bohemiae et Moraviae percenseatur. De quo *Joannes Petrus de Ludewig*, Halensis Academiae quondam Jurisconsultus maximè celeberrimus, in Praefatione ad Reliquiarum MSS. Diplomatum. Tomum I, p. 113. „*Bartholomaei Paprotzki* „*Historia Bohemica Pragae edita, paucissimis quidem nota, ingenti diplomatum apparatus paratu est instructa: privilegiorum, fundationum, codicillorum: quae scripsere Bohemis Caesares, Reges, Pontifices, Episcopi, Praesules. Habet hic utilissimus liber urbium descriptiones, illustrium familiarum historias et sigilla, praesulatum notitiam, etiam alias regni ejus rationes prore sùs singulares.*”

Paprocus mense Augusto anni MDXCIX Pragae adhuc commorabatur. Ubi tunc Opus Polonicum *Ogrod † Królewski*, hoc est *Hortum Regium: De Originibus Imperii Romani et Archiducatus Austriae Regnorumque Poloniae et Bohemiae: necnon Ducatum Silesiae, Russiae, Lituaniae et Prussiae: Deque Rebus Gestis Imperatorum, Regumque et Principum Regnorum ac Ducatum memoratorum, in officina typographica Danielis Siedlczanscii, folii magnitudine evulgavit.*

† Inventu difficillimum: Pragensi in Urbe, a

Zaluscio Episcopo, nummis aureis IX comparatum. Cui tamen, *Bartholomaei Paprocki* Equitis Poloni, ad amplissimos, et Nobilissimos Regni Bohemiae Viros omnemque Populum Christianum, pro felici ac diuturno statu Inclytæ ac Serenissimæ Austriacæ Domus, Oratio Gratulatoria, anni MDLXXXIX exordio conscripta: typisque *Joannis Schumanni* excusa, forma 4: gratis addita fuit.

Paprocii istius Opera, domi scripta editaque: tam bonitate, quam raritate insignia: *Janocius* adeò infirmus nunc persequi non potuit.

CIV.

PASKO, Posnaniensis Custos Cathedralis: Historiæ Polonæ scriptor antiquus: vide BASCO.

CASPARIS de PERUSIO.* egregii legum doctoris et aduocati consistorialis, Allegationes pro parte Serenissimi principis domini Bladislai regis poloniæ et supremi ducis lituanie factæ **, contra ordinem Cruciferorum de prussia: in Polonicarum atque Lituanicarum, Prutenicarumque, et Teutonicarum Rerum Miscellaneo volumine vetusto: Varsaviæ, inter *Zalusianos* Codices MSStos, folii magnitu-

dine, num. ccvii b, collocato: p. 118-142, inveniuntur.

* *Rossi* cognomine gentilicio. De quo, *Augustinus Oldoinus*, in *Atheneo Perusino* p. 134, atque *Hermannus von der Hardt*, in *Magni Oecumenici Constantiensis Concilii*, è veteris ejus aevi *Manuscriptis recensiti*, Tomi IV Parte XII, p. 1551, 1555, et 1558, plura tibi suppeditabunt.

** Coram ipso *Martino* Papa V: circa annum MCCCCXXI.

CV.

FRANCISCUS PETRYKOWSKI patria Varmiensis, Custos Sandecensis Ecclesiae Collegiatae in minore Polonia, Abbasque simul Poroszlensis in Hungaria superiore, ac Parochus Igloviensis in *Scopusii Comitatu* fuit. Cui propter ingenii praestantiam atque agendi dexteritatem, ad ipsam Augustissimam Hungarorum et Bohemorum Reginam, *Mariam Theresiam* *, aditus patuit. Illius in usum, *Petrycovius* iste *Vitam Beatae Cunegundis, Regiae Hungariae Principis, ac deinde Reginae Poloniae, Patronae, è Martini Ignatii Francovicii Sandecensis olim Custodis atque Boboviensis Canonici, opere Polonico apud Cracoviensem Typographum, Franciscum Cezary Junio*rem, MDCCXVIII, foliis

integris edito, Latinam fecit: Tyrnaviaeque, in Typographia Collegii Academici Societatis *Jesu*, MDCCXLIV, forma 4 majore excudendam curavit.

* Cui, occupandae aliquando Galiciae atque Lodomeriae auctor suasorque primus è Natione Polonica exstitisse *Petrycovius* idem fertur.

CVI.

JOANNES PLASTWIG, Decretorum Doctor Varmiensisque Cathedralis Ecclesiae Decanus. Floruit hic *Paulo Legendor-* Prince et Praesule. Eoque auctore atque impulsore, breve Chronicon de Vitis Episcoporum Varmiensium, circa annum MCCCCLXIV, contexuit. Quod, cum diu in Tabulario Episcopali Heilshergensi latuisset: *Thomae Treteri*, Custodis et Canonici Varmiensis, de Episcopatu et Episcopis Ecclesiae Varmiensis, operi Posthumo subjunctum †: Cracoviae, apud *Franciscum Cezary*, S. R. M. nec non Illustriss. et Reverendiss. Episcopi Cracoviensis, Ducisque Severiae Typographum, anno Domini MDCLXXXV, folii magnitudine in lucem prodit.

† Curante *Matthia* de Lubomierz *Tretero*, Equite Polono ac Secretario Regio.

THOMAS DE PLAZA Nobilis Polonus,
 Visliciensis Ecclesiae Collegiatae Canon-
 icus ac Divi Stephani in Urbe Cracovia
 Praepositus, *Bernardi Vapovii*. * *Anna-*
lium ** *Fragmentum*, SIGISMUNDI
Senioris Regis Poloniae Res Gestas
Cromeri Descriptiones Posteriores con-
tinuans, non parvo labore è lituris em-
 tum: una cum praefatione sua, propriis
 que suis in margine annotationibus
Martini Cromeri Varmiensis Episcopi
Operibus Historicis, Coloniae Agrippi-
 nae in Officina *Birckmannica*, MDLXXXII
 folii magnitudine emendatiùs editis, ap-
 poni curavit. *Plazae* hujusce viri erudit-
 et incltyti Epistolae: ad *Stanislaum Car-*
covium Gnesnensem Archipraesulem
Regni Poloniae Primatem, ad *Petrum*
Miscovium Praesulem Cracoviensem, ad
Georgium Radivilum Olicensem Ducem
Vilnerisemque Antistitem, ad *Jacobum*
 quoque *Gorscium Cracoviensem Can-*
nicum atque Archipresbyterum, et
Antonium Possevinum è Societate Jesu
 Pontificium in Polonia et Moscovia Le-
 gatum, ex Urbe Cracovia datae: in
luscianae Bibliothecae Miscellaneis
 luminibus MSSis, Historiam Ecclesi-
 sticam ac Litterariam Regni Poloni-
 complectentibus, frequenter occurrunt

dignae sanè, quae è tenebris illis diutinis, in lucem communem proferantur. De ejus Bibliotheca lectissima, in hoc Volumine, N. xxxix, § II, mentionem facimus.

* Nobilis Roxolani, Primicerii et Canonici Cracoviensis, x Kalendas Decembres MDXXXV mortui.

** Quorum Autographum nitidum perfectumque, à Martino Cromero, Cracoviensi adhuc Canonico, de industria fuit suppressum.

CVIII.

ANDRAE PLISCH, Rectoris Ecclesiae Piessoviensis, *Sermo synodicus ex D. Bernardo et Gregorio Nazianzeno Theologo collectus*. In quo, quae sit Sacerdotii professio, et qualem Sacerdotem esse oporteat, docetur. Primum Stanislai Carnicovii, Vladislaviensis tum Episcopi, *Constitutionibus Dioecesanæ Synodi Vladislaviensis* † adiectus, Coloniae apud Maternum Cholinum, MDLXXII, forma 8 exiit: deinceps seorsim Posnae apud Viduam et Heredes Joannis Wolrabi, xdxci, forma 4 publici juris actus est.

† Ea enim in Synodo, Vladislaviae mense Martio anni MDLXVII celebrata, *Pliscius* Sermonem illum dixit.

CIX.

PAULUS PLOTOWSKI Nobilis Prutenus e Culmensi Palatinatu, Legum et consuetudinum patriarum scientia, Latineque et Polonice dicendi ac scribendi facilitate, SIGISMUNDO Seniori Regi Poloniae adeo complacuit, ut ab eo inter Cubicularios atque Secretarios suos reciperetur: Cathedralisque in Varmiae Praepositi dignitate insignitus, ad Ordines Terrarum Prussiae, modo Marienburgum, modo Graudentum convocatos, Orator * crebrius mitteretur. *Actionum Regiarum Volumini Decimo sexto*, è Bibliotheca Academica Cracoviensi, in publicam Varsaviensem peracto, p. 62, 66, 456 sq. et 522 — 525 insunt *Sigismundi* Regis ad *Paulum Plotovium* Regium in Prussia Nuntium ipsiusque *Plotovii* ad Maiestatem Regiae Epistolae. *Plotovii* ejusdem Epistolas ad *Joannem Dantiscum* Varmiae Pontificem, ad *Tidemannum Gisium* Episcopum Culmensem, et ad *Nicolaum Cernicium* Varmiensem Canonicum scriptas, Fraumburgi †† in Bibliotheca Cathedralis Ecclesiae reperiri: ab *Andrea* a *Keuler* Pruteno, Legationum Regiarum Consiliario, memoria accipimus.

* Legationes memorabiliores à *Paulo Plotovio* Praeposito Varmiensi, in Conventibus Prussiae generalibus annorum MDXL et MDXLI, nomine Regiae Maiestatis obitas, *Gottfridus Lengnich* in Actis Terrarum Prussiae regnante *Sigismundo* Primo, Theotisca lingua publicatis, p. 207—209, 213 sq. 217 sq, 219 sq, 225—227, et 228 sq, diligentissime exposuit.

** In quibus, de emendando atque evulgando jure Culmensi, deque cudenda nova Moneta Prutenica consultatur.

†† Varmiensium Canonorum sede.

††† Maxime ab *Alexandro Libero* Barone de *Ludinghausen Wolff*, Decano Varmiensi, collecta.

CX.

DE PRUSSICARUM Familiarum In-
 ignibus * *Gentiliciis*, *Virisque et domi*
 et *Militiae Clarissimis*: auctoris **ignoti
 opus Polonicum nondum editum: è su-
 pplemento collectile libraria *Joannis Gottfridi Roe-*
 neri *** Praesidis Thoruniensis, publica
 auctione anno MDCCXXVII divendita, à
 Comite *Zaluscio* Regni Poloniae tum
 Referendario Supremo, florenis ccc Pru-
 tenicis est comparatum: ab eoque, inter
 Codices MSSos Bibliothecae Publicae
 sub num: CCCXY repositum: anno autem
 MDCCCLXXVII, Serenissimi *Stanislai Augu-*
 sti, Poloniae Regum providentissimi, vin-

dicandisque atque conservandis historiæ ac litteraturæ Polonicae monumentis divinitus dati, impensa pulcherrimè effectum. Deest hujus operis inscriptio. Desuntque binae paginae priores. Restant paginae 3—1350: cum familiarum recensitarum indice, usque ad litteram T procedente.

* In hoc ipso opere, loco suo, calamo elegantè delineatis.

** Cujus indicium, ex opere ipso, nullum potest elici.

*** Antea ad *Casparem Prantnerum* Juris Utriusque Doctorem pertinuisse, tegmen primum testabatur.

Opus hoc praestantissimum ac rarissimum à Comite *Zaluscio* in Programmata Litterario, exoriente anno MDCCXXXII, lingua Polonica emisso, 19, Latineque per *Georgium Petrusch Schultz* Thoruniensem Professorem recedito, p. 30: à *Caspere* autem *Niesiecio* Societatis Jesu Sacerdote, in vernaculo opere Genealogico saepissimè: ductoribusque †† illis, à me ipso, in Speciminibus Catalogi Codicum MSSorum Bibliothecae *Zalusciae*, num: CLXXX, p. *Joachimo Posselio* ††† Megapolitano, *Gismundi III* Poloniae et Sueciae Regis Medico atque Historiographo, falsò ad-

scriptum fuit. Nam *Posselius*, anno Salutis MDCXXIV rebus humanis iam eximius, opus istud: quo Prussicarum familiarum incrementa et vicissitudines usque ad annum MDCIX enarrantur: concingere minime potuit.

† Cui, ad elaborandum opus suum, Codex ille à Comite *Zaluscio* per annos fere XVII concessus fuit.

†† Ipsum enim Codicem, tunc temporis Bibliothecae publicae nondum restitutum, inspicere atque examinare nequii.

††† Relictam ab eo Historiam Rerum Polonicarum atque Prutenicarum, anonymus scriptor Genealogicus ipse citat.

CXI.

IOANNES PUDLOWSKI* Siradiensis Sapien-
tiae Tribunus Maior, Siradiensisque Nobilitatis Nuncius, mense Januario anni MDCXLVIII, Petricoviae in Comitibus generalibus Orationem ** habuit. Qua nomine totius Ordinis Equestris postulavit, ut SIGISMUNDUS Senior Rex, cum aetatem atque aegritudinem ingra-
vescentem exercere iudicia non posset, Imperii summam Filio SIGISMUNDO Augusto Regi traderet. Quod cum sua Ma-
iestas nequaquam vellet facere, conspi-
rantibus Ordinibus universis, judiciaria potestas omnis ei fuit abrogata.

* *Parens Melchioris Secretarii Regii, de quo*
in *Janocianorum Volumine I, num LXXXV*
p. 217 sq, et II, num: cxx, 227 sq. egimus.

** *Quam Actionum Regiarum Volumina, ad*
Cracoviensis Academiae Bibliothecam perti-
nentia, non habent. Carnoviani autem E-
xemplaris Tomo xxiv, fol. 22—25 inditant
Actionum earundem Compendium Carno-
vianum sub anno MDXLXIII notat.

CXII.

MARTINUS RADIMINSKIUS †, Craco-
viensis Academiae Collega Maior, la-
boribus ac senio confectus, ineunte men-
se Junio anni MDCLXIV, animam expira-
vit. Fastorum Studii Generalis Acade-
miae Cracoviensis volumen unum, An-
nariumque Ejusdem Academiae volumi-
na duo reliquit: notante Codicum MS Sto-
rum Cracoviensis Bibliothecae Acade-
micae Catalogo, p. 198.

† *Radziminski* idiomate Polonico.

CXIII.

a. RADIVILIANAE Bibliothecae, qua
Nesvisii est, Memorabilia: Bibliotheca
hujus olim Praefectus, c. f. *Machnicki*
*, breviter exposuit **, in Epistola Theo-
tica, die xv mensis Aprilis, anni MDCC
ad

ad nos scripta. Quae Bibliothecae Polonicae, Theotisco sermone a nobis editae, Parti I, p. 53—55, inserta est.

* Silesius natione, Urbisque Vratislaviae patri-
cius fuit.

** Cimelium tamen Bibliothecae illius praeci-
puum, Unionis Polonorum ac Lituorum
Protographum, ab ipso *Sigismundo Augusto*
Rege, atque à Gentis Utriusque Senatoribus
et Nobilibus primariis subscriptum; vir opti-
mus omisit.

aa. *Boguslaus S. R. J. Princeps Radi-
vilus* *, Dux Birxensis et Dubicensis,
Stucensisque. Magni Ducatus Lituaniae
primum vexillifer, postea vero stabuli
Praefectus ** supremus: relictæque pa-
tria, Ducatus Prussiae Administrator
Generalis, Regiomonti die xxxi Decem-
bris, anno salutis MDCLXIX, aetatis autem
suae L. vitam finivit.

* *Radzivil* vocabulo patrio.

** Mareschalci Lituaniae dignitas principi huic,
ob Reformatorem religionem, quam ille pro-
fitebatur, denegata fuit.

Consilium *** Serenissimo atque
potentissimo principi et Domino, D.
Vladislao Quarto, Polonorum Regi Ma-
gnoque Lituorum Duci, de militari
ordine Immaculae Virginis, quem sua

Maiestas Regia meditatatur, non instituitur
 endo: à *Boguslao Principe Radivilo*
 Magni Ducatus Lituaniae vexilliferi
 **** sermone vernaculo propositum: ca
 lamo duntaxat fuit descriptum, Varso
 viaeque MDCXXXVII tempore comitiorum
 generalium, inter Gentis utriusque Sen
 natores ac nobiles praecipuos dispersum
 Quod ab ipso Comite Zaluscio, Episcopo
 po Kioviensi, cum viro Senatorii Ordinis
 nis communicatum, illius culpa inter
 cidit.

*** Quo *Radivilus* Princeps effecit, ut *Fla
 distlaus* Rex ab inducendo ordine illo heroi
 desisteret.

*** Nobilitatis e Ducatu Samogitiae ad Regni
 Comitiam tunc Legato.

Epistolarum autem ***** a *Boguslao*
 Principe *Radivilo*, supremo Stabuli
 Lituania Praefecto: ad proceres Regni
 Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae:
 Familiaresque atque Domesticos suis
 annis MDCLIX et MDCLX, lingua polonia
 scriptarum, volumen mediocre inter *Za
 luscianos* Codices MSSos folii magnitudi
 dine, sub numero CCCXXXVII. adhuc
 peritur.

***** Quibus intersertae sunt litterae haud po
 cae: a Poloniae atque Lituaniae Primoribus
 ad principem istum *Radivilum* datae.

Princeps iste *Radivilus* morti proximus, Bibliothecam suam: librorum typis excusorum delectu atque ornatu insignem: voluminaque aliqua singularia MSSta, Electorali Bibliothecae in Arce Regiomontana adiungere extremæ voluntatis suæ tabula statuit. Vita ejus ab auctore anonymo latine scripta, ab alioque Polonice versa, commemoratur utraque in programme Literario anni MDCXXXII, Polonice per *Josephum Andream* Comitem *Zaluscium* foras dato, p. 19, latine autem per *Georgium Petrum Schultzi* reddito, p. 29 in lucem nunquam prodiit. Res ipsius notabiles cognoscere poteris e *Laurentii Joannis Rudavscii* historia.

b. JOANNIS RAKWIC † Litvani, *Alco*, sive in obitum Illustriſs. S. R. I. Principis, D. *Alberti Radziwil*, Supremi M. D. Lit. Mareschalci etc. etc. Ecloga, inter *Poetarum Polonorum Carmina Pastoralia*, a *Joanne Gottlob Boehmio*, ex Bibliotheca *Zalusiana*, conjunctim in medium prolata, num: v. p. 53 — 58, lucem rursus adspexit.

† De quo, in *Janocianorum* Volumine I. num: LXXXVI, p. 222 sq, nonnihil diximus.

CXIV.

MARTINUS FLORIANUS RIMPLER, Silesius natione, Sacrae Theologiae Licentiatus, Sanctimonialium Ordinis S. MARIAE MAGDALENAE de Poenitentia Naumburgi ad Quisum Praepositus, ibidemque, et in Ottendorf Parochus fuit. Isteque vitam S. HEDWIGIS * Polonorum ac Silesiorum Patronae, Norimbergae MDCXCVII, forma 4 Latine edidit. Cui, Christiano Rungio, viro docto ac valde laborioso, inter Historicos Gentis Silesiacae **, locus non datus est.

* Inter Polonos, Vitam Sanctae Hedvigis, lingua vernacula diligentissime expositam, emendavit Ludovicus Miske: de quo nostram Poloniam Litteratam, p. 49 sq. nostrumque Lexicon Biographicum Litterarium, Tomo I, p. 107, inspicias.

** Exstat Varsaviae, in Zalusciana Bibliotheca publica, Rungiani Operis exemplar integrum calamo exaratum, forma 4. Hujus Pars prior solummodo in communem lucem exiit, praefixa ejusmodi Inscriptione: Christiani Rungii Prorektoris quondam et Professoris Gymnasii M. Magdalенае, Notitia Historicorum et Historiae Gentis Silesiacae Pars I, Vratislaviae, impensis Guilelmi Theophili Kornii 1775. 8 mai.

CXV.

HIERONYMUS ROSARIUS, Apostolicae Sedis Nuntius Extraordinarius, Cracoviae † d. xv Februarii MDXL in Templo Cathedrali, intra Missarum Sollemnia, SIGISMUNDO Seniore Rege et *Bona Sfortia* Regina praesentibus, SIGISMUNDO AUGUSTO Regi Juveni galerum et gladium. à *Paulo Tertio* Summo Pontifice consecratos, reddidit. Eaque occasione Orationem elegantissimam dixit, quae *Actionum Regiarum SIGISMUNDI Senioris* volumini Decimosexto, Exemplaris Academiae Cracoviensis, p. 74—79, est inserta. Volumini eidem, p. 213, inest Epistola à SIGISMUNDO Seniore Rege, ad *Rosarium* illum in Urbem Romam iam reversum, Vilnae d. xvii Novembris MDXL data.

† Ubi tum Comitia Regni generalia, Procerum ac Nobilium frequentia ingenti, celebrabantur.

CXVI.

NICOLAUS ROSENBERGER, Nobilis Polonus, Joannisque *Alberti* Polonorum Regis Aulicus: petendarum contra *Baiazetem* Secundum Turcarum Caesarem, *Stephanumque* Moldavorum Palatinum, suppetiarum causa: à Rege illo;

ad *Maximilianum Primum* Romanorum Imperatorem, ac reliquos Romani Imperii Principes, Legatus missus fuit. Litterae fidei, a *Joanne Alberto* Rege, Cracoviae in Octava Ascensionis Domini, mccccxviii, datae: Oratioque gravis nec incompta, à *Rosenbergero*, ad *Maximilianum* Imperatorem in Principum Conventu Friburgensi, Sabbatho ante *Margarethae* diem, anno eodem habita: locum suum, in *Marquardi Freheri* atque *Burchardi Gotthelffi Struvii*, Scriptorum Rerum Germanicarum Tomo II, p. 484—488, sunt sortitae. Legatio ea *Gorscio* nostro, Collectori adeo gravo ac industrio, ignota mansit.

CXVII.

CASPAR ROSSI Perusinus, assertor injurium *VLADISLAI JAGELLONIS* Regis Poloniae et Supremi Ducis Lituaniae, contra Ordinem Cruciferorum in Prussia: videatur de *Perusia*.

ROZDRAZOWSCHUS * eruditione elegantiore praeditis, adiungendus est *Michael* Comes à *Rozdrazow* *Rozdrazowski*, Praefectus *Niessoviensis*. Cujus Epos, De Rebus Gestis *Stephani Magni*, Poloniae Regis MS. *Czenstochoviae* in Bibliotheca *Claramontani Coenobii Ord. Sancti PAULI* Primi Eremitae latet.

* De quibus, in *Janocianorum* Volumine II, num: cxxiii, p. 232 — 235, egimus.

CXVIII.

LAURENTIUS JOANNES RUDAWSKI, juris utriusque Doctor et Protonotarius Apostolicus; Olomucensisque atque Varmiensis Canonicus * Cathedralis, idemque Romanorum Imperatoris *Leopoldi* Consiliarius, Urbi Varsaviae natales debuit. Patrem *Joannem* ** habuit, Regiarum epistolarum ac Regionum decretorum scriptorem, patrii juris peritia *Vladislao IV* Regi commendatissimum: matrem autem *Annam Gysaeam*, Varsaviensis Patricii filiam. Praeter *Annae* Polonicorum, ab excessu *Divi Vladislai IV* Regis usque ad *Pacem Olivensem*, Libros IX, e Codice *Zaluscianae* Bibliothecae, cura et impensis *Laurentii Mizleri* Lipsiae MDCCCLV folij magnitudine provalgatos: *Repertorium Juris civilis et Pontificii*, ad Usus et Praxim Forenses quotidianam accommodatum, cum variis Annotationibus, Limitationibus et Conclusionibus, concinnavit. Quod, vivo adhuc auctore, Viennae Austriae apud *Matthaeum Cossineroium* S. C. M. Aulae Typographum, anno Domini MDCLX, foliis integris excusum fuit.

* Etiam Decanus Magnus Mezeritzensis, in Re-
pertorii Juridici inscriptione, appellatus. In
qua Dioecesi honore illo sit functus, non
constat.

** Quem Varsaviae die xxvii Novembris MDCL
mortuum, ibidemque in Ecclesia Coenobii
Augustiniani tumulatum, sepulchralis tabula
ab Uxore ac Liberis ei posita narrat.

Panegyricum lugubrem, in exequiis
solemnibus *Ferdinandi III* Imperato-
ris, à *Rudawscio* dictum, *Mizlerus* iam
indicavit.

Scripta minutiora, à *Rudawscio* in-
vene: Gymnasium Societatis Jesu Bruns-
bergae in Varmia frequentante: publicae
luci exposita, omitti possunt. Id tamen
conticere minimè debet; *Rudawscium*
Cracoviensibus Canonicis infensissimum
fuisse, quod ipsum Nobilem novum ad-
mittere in Collegium suum noluerint.
Nam pater ejus, è numerosa cohorte
eorum fuit, quos *Vladislaus IV.* Rex
Equestri Ordini adscripserat. Quo loco,
quove tempore, *Rudawscius* noster fato
concesserit: scriptor nullus refert. In-
que *Varmiensis Ecclesiae Cathedralis*
Monumentis Sepulchralibus ***, deest
Rudawscii epitaphium. Epistola illa:
quam *Rudawscius* ipse *Annalibus Po-*
lonicis **** ad Lectorem praemisit: Vi-

nnae Austriae die xx Septembris MDCLX
data est.

*** Quae, calamo descripta, in *Zalusiana* Ri-
bliothecca exstant. †

*** Postremo operi suo.

CXIX.

FRANCISCUS RZEPNICKI, è Societate
Jesu Provinciae † Poloniae Maioris: *Vi-*
tarum †† *Praesulum Regni Poloniae*
et *Magni Ducatus Lituaniae* scriptor
perutilis: in villa Pamiontkowa ††† pro-
pe Urbem Posnaniam septuagenarius
diem suum obiit xvii Kalendas Novem-
bris MDCLXXX.

† In Catalogo Personarum et Officiorum Pro-
vinciae Poloniae Maioris Societatis Jesu,
anni MDCLXVII, p. 2, P. *Franciscus Rzepni-*
cki, Praefectus Tabularii Provincialis, quod
tunc Cracoviae in Domo Professa existebat,
vocatur.

†† Quarum Tomus Primus MDCLXI, Secundus
MDCLXII, Tertius MDCLXIII, Posnaniae è ty-
pographia Collegii Societatis Jesu, forma 8
prodierunt.

††† *Radzewsciae*. heroinae senis domicilio.

CXX.

SANDIVOGIUS* *de Czechel* Polonus,
nobilis et clarus origine, sacrae theolo-

giae Magister in Academia Parisiensi creatus fuit. In generali Concilio Basileensi, Cracoviensis Academiae Theologis sese adiunxit. Redux in patriam, Gnesnensis Ecclesiae Metropolitanae Canonici factus, pro Episcoporum electione capitulari: quam *Casimirus Jagellonides* Rex, rationibus haud iniustis in regno suo tollere cupiebat: fortitudine animi et constantia maxima stetit. Quare rex *Sandivogium* ** illum modis omnibus conciliare sibi voluit. Vilnersemque Episcopatum ei obtulit. Quem ipse à Maiestate Regia accipere noluit. Lateranensium vero Canonorum Regularium Institutum, tunc in Polonia florentissimum, amplexus: Clodaviensis Coenobii in Dioecesi Gnesnensi Praeposituram suscepit. Exstant *Sandivogii* Epistolae duae nondum evulgatae; una de tuenda Conciliorum autoritate summa, ad *Joannem Dlugossum* Canonicum Cracoviensem, Basileae Idibus Junii anni mccccxxxiv, scripta; altera††, de Episcoporum electione capitulari sustinenda, ad *Joannem Dlugossum* Gnesnensem atque Cracoviensem Canonicum, è Monasterio B. *Aegidii* Clodaviae, in crastino Nativitatis Beati *Joannis Baptistae*, anno mccccclxxii, data. Est utraque Ecclesiasticis memorabilibus illorum temporum, refertissima. *Dlugossus* ipse

Vita Beatissimi STANISLAI, Cracoviensis Episcopi, et Polonorum Protomartyris Mirifici, à se conscriptae, Prooemium officiosissimum: ad Excellentem et Venerandum patrem, Dominum Sandivogium de Czechel, artium et sacrae theologiae Magistrum, Monasterii et Domus Canonorum Regularium ordinis Sancti Augustini in Clodavia Gnesnen. dioecesis praepositum, tanquam Censorem suum: praemisit. Cui Sandivogius, Epistola humanissima, in Coenobio Clodaviensi, die 1 mensis Septembris, anno Gratiae MCCCCLXVI exarata †††, respondit: quae, Vitae eidem adiecta, Cracoviae ex aedibus Joannis Haller, anno MDXI, forma 4, in lucem prodit.

* *Santko*, et *Sandeck*, vulgo dictus. De quo, *Długossus* in *Annalibus Regni Poloniae*, sub annis, MCCCCLIV, p. 161 sq. et MCCCCLVI, p. 193, mentionem honorificentissimam fecit.

** Eundem *Sandivogium*, Clodaviensis Coenobii Ordinis Canonorum Regularium S. Augustini iam Praepositum: Pacis inter *Casimirum Jagellonidem* Poloniae Regem, et *Ludovicum de Erlichshausen* Ordinis Teutonici in Prussia Magistrum generalem perpetuae, anno MCCCCLXVI confectae, Procuratorem et Testem: *Statuta Regni Poloniae*, Volumine I, p. 218 perhibent.

† In *Czartorysciano* Volumine Miscellaneo, è Bibliotheca Ravensis Collegii Societatis Jesu allato, fol. 82a—88b.

†† In *Zalusciano* Volumine Miscellaneo, ordine cxxlix b: quo *Stanislai Orichovii* et *Jacobi Prilusii*, aliorumque hominum illustrium, Epistolae ineditae continentur: P. 41—52.

††† E qua clare patet: *Sandivogium* istum, coeptam à teneris cum *Dlugosso* amicitiam arctissimam, per annorum lvi spatium continuum, coluisse.

Sandivogii illius, Gnesnensis adhuc Canonici, Epistola ad Magistrum *Nicolaum Kozlovium*, Canonicum Cracoviensem scripta, Cracoviae in Bibliotheca Academica invenitur: Codicum MSSorum ejusdem Bibliothecae Catalogo, p. 201, nobis significante.

CXXI.

GREGORIUS SANOCEUS*, Leopoliensis in Roxolania Archiepiscopus, vir animi magnitudine atque constantia, prudentiaque, et doctrina, et eloquentia insignis **, iv Kalendas Februarias MCCCCLXXVII *** fatis defunctus est.

* Sic à Sanoco Roxolaniae Oppido modico, ubi lucem adspexerat, cognominabatur.

** *Flaslislao* Polonorum atque Hungarorum Regi, et *Casimiro Jagellonidi* Regi Poloniae ac Magno Duci Lituaniae, in paucis carus

gravibusque et arduis negotiis omnibus ab utroque adhibitus.

*** Ita memoriae mandatum est à *Dlugosso*, in *Annalibus Regni Poloniae*, sub anno MCCCCLXXVII, p. 553 sq. Inde *Scrobissevii*, deceptique ab ipso *Friesii*, et *Rzepnicii*, et *Niesiecii* errorem corriges: à quibus *Sanoceus*, anno demum MCCCCLXXIX mortuus, traditur.

Sanoceus ille iam Archiepiscopus, cum *Sandivogio de Czechel* summae ac perpetuae auctoritatis theologo, *Joanne*que *Dlugosso*† annalium patriorum scriptore principe familiaritate singulari vixit. *Philippum Callimachum* *Experientem* *Hetruscum* exulem: tunc apud Hungaros versantem: in *Poloniam* invitavit. Advenientemque amanter ac liberaliter habuit ††, et in gratiam *Casimiri Jagellonidis* *Poloniae* Regis insinuavit.

† Cui *Casimirus Jagellonides* Rex, triennio ferme integro à morte *Gregorii Sanocei* exacto, *Leopoliensem* Archiepiscopatum contulit. Qui tamen ipse grandaevus, Archiepiscopus nondum inauguratus, è vita decessit.

†† In arce *Dunaiovia*. E qua *Callimachus* *Litteras* suas ad *Derslaum Jastrzembiecium* *Sandomiriae* Palatinum, et ad *Sbigneum Olesnium* *Regni* *Procancellarium*, dedit.

Insertum est *Dlugossi* *Annalibus* Regni Poloniae, sub anno mccccxxxv, p. 654—656, Epicedium de *Vladislao Jagellonis* Poloniae Regis, et supremi Lituaniae Ducis, obitu: per Magistrum *Gregorium* de *Sanok* †† Elegis editum Exhibitumque, eodem in opere, sub anno mccccxli, p. 278, Epitaphium *Severinae* Reginae Poloniae, Carmine elegiaco. Quod, in Margine *Dembowsciani* Codicis MSti, *Gregorio* de *Sanok*, Leopoliensi Archiepiscopo, attribuitur. Adductum etiam, in *Mathiae de Miechow* *Chronico* Polonorum, Lib. iv, Cap. lxi, Editionis Cracovien. p. 324, Basilien. p. 222, illud Elegidion, quod *Fr. Gabrielis* †††, ex Ordine Minorum Augustinien. tunc in Hungaria Episcopi *Leopoliensis* Elegis invectivis contra Gentem Polonorum in vulgus sparsis, à *Gregorio* *Sanoceo*, Archipraesule Leopoliensi, oppositum fuit.

†† Postea Leopoliensis Ecclesiae Archiepiscopus: *Dlugosso* ipso annotante.

††† Cognomento *Rangoni*, Hungarorum Regis *Matthiae Corvino* mire accepti: ortu Brixien. dicti ab *Antonio Bonfinio*, in *Rebus Ungaricarum Decadis* Quartae Libro III, p. m. 570: Veronensis autem appellati à *Luca Waddingo*, in *Annalium*, trium Ordinum à *S. Francisco* institutorum, Editionis

Romanae, Tomo XIV, p. 213: Mutinensis etiam vocati ab eodem *Waddingo*, in *Annali* Tomo adducto, p. 429.

†††† Deinceps S. R. E. Presbyteri Cardinalis tit. Sanctorum *Sergii et Bacchi*, à Sixto Quarto Papa, rogante *Matthia Corvino* Rege, iv Idus Decembres MCCCCLXXXVIII renuntiati: *Bonfinio et Waddingo* l. c. *Alphonsoque Ciaconio* atque *Augustino Oldoino*, in *Vitarum et rerum gestarum, Pontificum Romanorum*, et S. R. E. Cardinalium, Tomo III, p. 65 sq. commemorantibus.

Recensita denique est in *Callimachi exulis*, De rebus Gestis *Vladislai* Polonorum atque Hungarorum Regis, Libro I, Edit. Cracovien. p. 62—68, ea Oratio, qua *Gregorius Sanoceus*†*, Legatus à *Vladislao* Rege ex Hungaria in Poloniam missus: Primores †** Regni Polonici ad ferenda Regi illi, contra Turcas auxilia celerrima, cohortatus est.

†* „Is ipse, qui posthac vigintiquinque annos „prae fuit Metropoli Locpoliensi. Sed tunc „maxime ingenio florens et doctrina, visus „est ad omnia gerenda suadendaque facile „idoneus, et de quo Rex plurima sibi polliceri posset. Ad quae accedebat, cum decora „corporis proceritate, praecipua quaedam „animi sanctitas, et religio: in quibus adeo „eminebat, ut nemo Regi Deum propitiaturus

„facilius crederetur,,. Sic animadvertente
notante *Callimacho*, Lib. I, p. 24.

††** Corcini, Sandomiriensi Satrapiae civitatis
mense Septembri anni MCCCXL congregatos.

Leopoli in Tabulario Ecclesiae Me-
tropolitanae asservantur †† Reverendi. pa-
tris domini Gregorii de Sanocei archiepiscopi
Leopolien. orationes epistole et carmina, Sa-
culi decimi quinti exitu, parvis foliis
exarata.

†† Kioviensis Episcopi, Comitum *Zaluscii*, Ca-
dicum MSSorum, alienis in Bibliothecis
seipso repertorum ac perlectorum, Indicis
Altero, p. 37, perhibente.

De vita *Gregorii Sanocei* Archiepi-
scopi Leopoliensis, *Phillippus Calli-*
machus exul opusculum peculiare ††
conscripsit, quod Cracoviae in Biblio-
theca Academica †††† superstes est. Idem
Callimachus, memorato in opere: De
Rebus gestis *Vladislai* Polonorum at-
que Hungarorum Regis typis diversi-
toties excuso, *Gregorii Sanocei* crebri-
et pulchre meminit. De quo *Joannes*
Dlugossus in Annalibus Regni Poloniae
sub annis MCCCXLIV, p. 811, MCCCCLI, p.
65, MCCCCLXXIV, p. 515, et MCCCCLXXVII
p. 553 sq: *Martinus Cromerus* in Ope-
ribus Historicis, Editionis Coloniensis
p. 332b, 340a, et 425 b: *Jacobus Scr-*
bissevius in vitis Archiepiscoporum Ha-
licien-

liciensium et Leopoliensium, p. 75—78: *Christianus Theophilus Friesius* in Gallico opusculo suo, De Leopoliensi Ecclesia Metropolitana et ejus Archiepiscopis. p. 37—39; *Franciscus Rzepniewicz* in Vitis Praesulum Regni Poloniae, Tomo I, p. 215: ac *Caspar Niesiccus* in vernaculi operis Genealogici Tomo I, p. 25, Tomoque IV, p. 229, egerunt.

+++ Collaudatum à *Dlugosso* l. c.

++++ Codicum MSSorum illius Bibliothecae Catalogo, p. 104, nunciante.

CXXII.

LEO SAPIEHA, Magni Ducatus Lituaniae primum Notarius: dehinc Pro-cancellarius, posteaque Cancellarius Maximus: extremo autem Palatinus Vilnensis copiarumque Lituanicarum Imperator Summus: humanis rebus exemptus est, VIII Idus Julias MDCXXXIII, aetatis anno LXXVII. Legas de eo, *Joannis Rywocii* Opusculum, cui titulus: *Idea Magni Herois, sive Illustrissimus D. Leo Sapieha, Palatinus Vilnensis, Supremus Dux Exercituum Magni Ducatus Lituaniae, etc. Panegyricè descriptus. Antverpiae, apud Joannem Meursium, anno MDCXLV, forma 4: itemque Alberti Wiuk Koialovicii, Nomenclat-*

torem Familiarum Lituanicarum MS. p. m. 222 — 224: et *Casparis Niesieci* vernaculum Opus genealogicum, Tomi Primo, p. 117, 258, 264, 275, et Tomi Quarto, p. 24 — 28: *Antoniique Aloysii Misztolti*, Historiam Domus *Sapiehae*, sive seorsim editam, Parte Tertia p. 22 — 40; sive *Joannis Ostrowscii Denejkovicii*, Suadae Polonae et Latinae Tomi Secundi Parti Sextae insertam p. 174 — 180.

Is *Sapieha*, ut Procancellarius Lituaniae, *Statutum Lituanum*, é lingua Ruthenica in Polonicam conversum studio maximo correxit, atque Cracoviae MDLXXXVIII folii magnitudine raras dedit. Primam illam Editionem Kiowskiensis Antistes, *Josephus Andreas Comares Zaluscius*, vita omni sua frustra quaesivit. Secundam * tamen a *Sapieha* ipso recognitam: Vilnaeque à *Leon Mamonicz*, Consule et Typographo MDCXIV forma eadem adornatam: in Litvania ipsa inventa rarissimam **: feliciter obtinuit. Codicesque duos † Polonicos: curante ipso *Sapieha*, calami elegantissime exaratos: Praesul ille Optimus est consecutus. Quorum prior cum *Sapiehana* Editione secunda, pernitus convenit; alter †† autem verbis nonnunquam ab ea differt.

* Editiones reliquas, non sic infrequentes: novisque Legibus adauctas: è *Davidis Braunii* Catalogo Critico Scriptorum Polonicorum p. 6 sq. cognosces. Locupletissimam eam existimamus, quam Vilnae Presbyteri Societatis Jesu, è typographia Academica, MDXCIII, folii magnitudine emiserunt.

** *Braunio* atque *Lengnichio*, ipsisque Societatis Jesu Presbyteris, quibus Vilnensem Editionem postremam debemus, prorsus ignotam.

† *Zalusianos* inter Codices MSStos ordine CCCVII et CCCVIII:

†† Parem ei Codicem, diebus his proximis, Augustissimæ Regis Nostri Bibliothecae sanctiori accessisse: Praeses ejus gravissimus, *Andreas Ignatius Gawronski* ipse nos docuit:

Idem *Sapieha* Statutum Lituanum Ruthenico etiam idiomate publicavit. Ruthenicae autem Editionis exemplar neque *Josèphus Comes Sapieha*, Vilnensis quondam Episcopus Coadiutor: *Sapiehanae* Bibliothecae, quae Vilnae est, Conditor: nancisci potuit.

Exstabat Vilnae, in Bibliotheca Collegii Academici Societatis Jesu, Leonis istius *Sapiehae*, Lituaniae Cancellarii, Epistola autographa Ruthenico sermone: De Ruthenis non Unitis leni-

us tractandis: ad Venerabilem *Josaphat Kuncewicz*, Ruthenorum Unitorum Archiepiscopum Polocensem, admodum dure scripta. Cujus interpretatio Polonica, ante Societatis JESU deletionem ad *Adamum* Comitem *Narussevicium* hodiernum Episcopum Coadjutorem Smolenscensem, pervenit.

Diarium Legationis, SIGISMUNDI Poloniae et Sueciae Regis nomine, apud *Borissium Federovicium* Magnum Moscorum Ducem et Autocratorem, pacis et foederis procurandi causa, à *Leon Sapieha*, Magni Ducatus Lituaniae Cancellario, anno MDCI peractae, lingua Polonica confectum †††: Varsaviae, inter *Zaluscianos* Codices MSStos, folii magnitudine, sub numero CCCXXIV deprehendes.

† Per *Eliam Pielgrzymowski*, Legationis illius Secretarium.

CXXIII.

CASIMIRUS LEO SAPIEHA: *Leonis* praecedentis filius: Magni Ducatus Lituaniae primum itidem Notarius: deinde vero Curiae Mareschalcus: postea Praecancellarius, Slonimensisque et Lublinsensis et Volpensis Praefectus: Vil-

ensi Academiae ab ineunte adolescentia
 amicissimus, iuris pontificii atque ci-
 vilis Professoribus tribus stipendia an-
 nua redditibus perpetuis constituit. Ei-
 usque Academiae, bibliothecam à Ma-
 joribus suis acceptam: impenseque à se
 actam, donavit. *Sapieha* ille mortuus
 est, anni MDCLVI exordio: aetate adhuc
 ingente. De quo, *Paulus Potocius*, in
 Centuria Clarissimorum Virorum Polo-
 norum et Lituatorum, p. m. 186 sq:
Laurentius Joannes Rudawscius, in An-
 thalibus Polonicis Regnante Joanne Ca-
 simiro, Lib. I, p. 44, et Lib. VI, p. 226:
Theodorus Scuminovius, ea in Epistola,
 qua opus suum, De Jure Personarum,
 Joanni Paulo Comiti in Bychów Sa-
 piehae, Palatino Vilnensi et exercituum
 in Magno Ducatu Lituaniae Duci Su-
 premo, dedicavit: *Albertus Wiliuk Ko-
 szalowicius*, l. c. p. 225: *Caspar Niesie-
 cius*, Tomo Primo, p. 264, et 272, To-
 moque Quarto, p. 29 — 31: *Antonius
 Aloysius Misztolt* seorsim Parte Tertia,
 p. 53 — 66, et apud *Daneykowicium*,
 Tomi Secundi Parte Sexta, p. 185—190:
Joannesque Poszakovscius, in Historico
 Societatis Jesu Kalendario Maiori, lin-
 gua Polonica divulgato, p. 334, expo-
 suerunt.

Exstat, inter Orationes Procerum
 Europae, à Joanne Christiano Lünig

editas, Parte Secunda, p. 38—40: Oratio *Casimiri Leonis Sapiehae*, Procancelarii Lituaniae, ad Reipublicae Polonae Sanatores, anno MDCXLIX dicta. Qua, valde necessarium esse, ut excita Universa Regni Nobilitas perfidum hostem adoriatur, solide demonstrat.

CXXIV.

GEORGI Comitis in Bychow et Zaslav *Sapiehae*, Magni Ducatus Lituaniae Dux piferi, et Merecensis Gubernatoris, copiarumque Lituanicarum Chiliarchi, Oratio ad *Augustum* Secundum, Polonorum Regem, Magnumque Lituavorum Ducem, nomine Exercitus Lituanici Varsaviae xvi Januarii MDCXCVIII habita typis nunquam excusa: in *Zalusciana* Bibliothecae Miscellaneo Volumine MSto cccclxxiv b, p. 23—27 invenitur. Frequens hujus *Sapiehae* mentio facta est ab *Andrea Chrysostomo* Comite *Zaluscio**, Principe et Antistite Varmiensi in Epistolarum Historico Familiarium Tomo Secundo, praesertim p. 502, 503, 598, 607, 610, 611, 612 sq, 617 et 941. Tomo autem Tertio, p. 205: ab *Antonio Aloysio Misztolto*, in Historia Domus *Sapiehanae* scorsim prolata, Parte Secunda, p. 68 sq, et *Joannis Ostrowskii Daneykowicij* Suadae Polonae et Lati

ae, Tomi Secundi Parti Sextae immi-
 ta, p. 155 sq: à *Caspere Niesicio*, in
 ternaculi Operis genealogici Tomo Quar-
 to, p. 18: à *Gottfrido* etiam *Lengnichio*,
 Historia Regni Polonici sub princi-
 atu Augusti Secundi, Theotisco sermo-
 ne contexta, p. 55. De morte ipsius ni-
 il constat.

* Qui *Sapiehanae* Domus sortes et vicissitu-
 dines, *Joanne* Tertio atque *Augusto* Secun-
 do regnantibus, abunde ac libere in Epi-
 stolis suis tradidit.

CXXV.

AULUS FRANCISCUS Comes in Koden-
apicha: Vilmensis primum atque Var-
 aviensis Primicerius, Plocensisque Cu-
 tos, et Sandomiriensis Scholasticus, et
 Kodnensis Praepositus Insulatus: Magnus
 Princeps Lituaniae Secretarius, Cister-
 tiensisque Ordinis Abbas Paradisiensis,
 et totius Cisterciensis Congregationis
 Polonae Praeses: Samogitiae denique
 Praesul, ac Solii Pontificii Episcopus
 Assistens: eloquentia ecclesiastica, sua
 tempestate, in Polonia maxime claruit.
 Sermones ab ipso, in Sacrae Cisterci-
 ensis Familiae conventibus festivis, an-
 nis MDCCI — MDCCXI habitos: *Joannes* O-
strowscius Daneykowicius, in Suadae
 Polonae et Latinae, Tomi Secundi

Parte Prima, p. 86 — 101 promulgavit. *Sapieha* iste mortem obiit Kalendis Octobribus anni MDCCXV. Memoriam ejus digne prosecuti sunt, ipsius nepos illustris *Joannes Fridericus* Comes *Sapieha* in Monumentis Antiquitatum Iconis Divae Virginis *MARIAE* Thaumaturgae Ecclesiae Kodnensis, Parte Secunda p. 154 — 159: *Antonius Aloysius Misztol* seorsim, Parte Tertia, p. 163 — 170, et apud *Daneykowiczum*, Tomi Secunda Parte Sexta, p. 224 — 227: *Caspar Nicolschius*, Tomo Primo, p. 55. Tomo Quarto, p. 36: et *Franciscus Rzepniewicz* in Vitis Praesulum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae, Tomo Tertio p. 39 sq,

CXXVI.

Aetate nostra, in Republica Litteraria insigni cum laude floruerunt, *Joannes Fridericus* † S. R. I. Comes in Kode *Sapieha*, Cancellarius Magni Ducatus Lituaniae, Brestensisque in Lituania Praefectus, et Heroici Ordinis Aquilae Albae Eques, operum bonorum scriptor: et *Josephus Stanislaus* †† Comes in Dambrowna *Sapieha*, Antistes Dioecesis caesariensis atque Episcopus Coadiutor Vilnensis, Magnique Ducatus Lituaniae Referendarius, optimorum librorum

mator: doctorum hominum Maecenas
uterque singularis. De quibus, in Polo-
nia Litterata nostri Temporis, p. 72—
75: im Polnischen Büchersaale, Sect. I,
p. 56—59: et in dem Lexico derer itzle-
benden Gelehrten in Polen, Tomo I, p.
147—149, et Tomo II, p. 187, nos sumus
locuti.

† Vita functus Pridie Nonas Julias MDCCLI.

†† Morte extinctus pridie Nonas Decembres
MDCCLIV. Hujus frater germanus, *Michael*
nomine: Procancellarius Lituaniae, Praefe-
ctusque Slonimensis, et Eques Aquilae Al-
bae: vernaculo carmine excelluit. Collauda-
tusque est, in Lexici nostri adducti Tomo I,
p. 149. Fatis ereptus sub regni *Augusti*
Tertii exitum.

CXXVII.

SAPIEHANA Bibliotheca: Vilnensi in
Urbe à Comite *Sapieha* Episcopo Co-
adiutore bene et sumtuose adornata:
reliquas omnes Polonicas et Lituanicas,
Historiae Lituanae ac Juris Lituani
voluminibus antiquis, Ruthenico * ser-
mone conscriptis, antecellit. Quae ab
Eberto **, Bibliothecae illius Praefecto,
in Litteris prolixis, ad *Janocium* Var-
saviensem Protobibliothecarium publi-
cum, die xxii mensis Februarii, anni

MDCCLIV, Theotisca lingua datis, accurate indicantur.

* Quo solum universa Gens Litwana: à *Vladislai Jagellonis* Ducis sui temporibus, usque ad *Sigismundi Augusti Jagellonii* aetatem: in condendis Legibus, consignandisque Tabulis publicis, utebatur.

** Natione Misnensi, patriaque Dresdensi. Cujus, in Lexici Biographici Tomo I, p. 35, et Tomo II, p. 201, meminimus.

CXXVIII.

SATYRUS RUDIS, sive Carmen Macaronicum, hexametris Latino—Polonicis ab auctore incerto * compositum: quo universae Gentis Polonae vitia perstringuntur: Cracoviae apud viduam et Heredes *Chrystophori Schedel* Typographi Regii, anno Domini MDCLVIII, folii magnitudine prodiit. Est opus summe rarum.

* *Stanislao Heraclio Lubomirio* adolescenti à plerisque tribuebatur. Quod tamen fecisse senex negabat.

CXXIX.

JOANNES de SCARBIMIRIA, à patria sua: Cracoviensis Satrapiae civitate: frugum divite, Collegioque Canoniorum

clara: sic appellatus fuit. *Hedvigis* Reginae sumtu, Pragensi in Academia, sacras litteras didicit. Quas deinceps ipse, primus omnium è Gente Polonica, Cracoviae publice est professus. *Joannis* hujusce opera, in Catalogo Codicum MSSorum Bibliothecae Academicae Cracoviensis, mense Decembri anni MDCCCLXXVII, Augustissimae Maiestati Regiae exhibitio, p. 151, sic notantur:

Joannis de Scarbimiria, Theologi Academiae Cracoviensis, Determinatio contra sectatores Joannis Wiclef atque Joannis Huss.

- Determinatio contra Communionem sub utraque specie.
- Oratio in laudem Universitatis Cracoviensis recens fundatae.
- Commendatio Rectoris Universitatis ad Clerum Cracoviensem.
- Oratio in promotione Bacalariorum ad Doctoralem honorem.
- in congregatione totius Universitatis Cracoviensis.
- Sermo ad Clerum Cracoviensem in Synodo anni MCCCXXII.
- ad Fratres Cistercienses Monasterii Mogilensis.
- in exequiis Episcopi Nitriensis.*

—— in funere Ottonissae **.

—— contra Haereticos illius temporis.

* Cujus nomen ac genus coniectura assequi haud possumus.

** Id est, *Elisabethae, Ottonis de Pilcza, Palatini Sandomiriensis, filiae: Joannis Vyszlonis Equitis Moravi primum et deinceps Ienczikonis Hiczinscii Odrovanzi Herois itidem Moravii, porro Vincentii de Granow Naclensis Castellani, postremo autem Vladislai Jagellonis Regis Poloniae Supremique Ducis Lituaniae uxoris: Primoribus Regni Polonici maxime invisae: anno mccccxx, Dominico die ante celebritatem Ascensionis Domini, è vita sublatae. De qua Joannes Dlugossus, in Annalibus Regni Poloniae sub annis mccccxvii—mccccxx: p. 378 — 427, plurimum exposuit,*

CXXX.

JOANNES Junior de SCARBIMIRIA, in Academia Pragensi, *Hedvigis* * quoque Reginae impensa, Pontificio juri triennio integro attendit. Primusque omnium Polonorum, Cracoviae libros quinque Decretalium publice interpretatus est. Exstare Cracoviae, in Bibliotheca Canonorum regularium, Custodum Sepulchri Domini: Joannis junioris de Scarbimiria commentum in libros quinque

que Decretalium, cum prooemio ad di-
vam Hedvigem reginam Poloniae: Reve-
rendiss. D. *Pauli Jacobi Radlinscii*, Ca-
nonicor. Regular. Custodum S. Sepul-
chri Domini, Miechoviensis Praepositi
generalis, Epistola ad Illustris. D. *Jose-
phum Andream* Comitem *Zaluscium*,
Regni Polonici adhuc Referendarium
Supremum, die xiii Augusti, MDCCLVIII,
exarata testatur.

- * Quae Pragae, pro Lituaniis Ecclesiae Roma-
nae Catholicae tunc reconciliatis: proque
aliis subditis suis: Collegium Hierosolymita-
num excitavit. Cujus Litterae Fundatoriae,
ex Urbe Cracovia, die x mensis Decembris,
anni MCCCXCVII, datae: praemissa argumen-
torum explicatione: in *Bohuslai Balbini*
Bohemiae Doctae, cura *Raphaelis Ungar*,
viri eruditissimi, Pragae MDCCCLXXVI, forma 8
maiori, in lucem editae, Parte I, p. 24 — 27
reperiuntur.

CXXXI.

STANISLAUS de SCARBIMIRIA, sacrae
theologiae Magister in studiorum univer-
sitate Parisiensi * renunciatus: Craco-
viensisque Canonici honore impertitus:
anno MCCCCXX, Provinciali Synodo, Calis-
sii à *Nicolao Tromba*, Guesnensi Archi-
praesule et Regni Poloniae Primate, cele-

bratae interfuit **. Anno autem mccc-
 xxxi, Cracoviensis Academiae Theolo-
 gis, cum Bohemiae Nationis Legatis
 heterodoxis concertantibus, assedit ***.
 Est Varsaviae, in *Zalusiana* Biblio-
 theca **** publica: Magistri Stanislai
 de Scarbimiria Canonici Cracovien-
 tractatus Hussitice secte erroribus oppo-
 situs: propria ipsius, ut putamus, manu
 prescriptus.

* Id, ex ejus operis Prefatione ad Cracovien-
 sis universitatis juventutem studiosam, inteli-
 leximus.

** Hoc, è Statutis Provinciae Gnesnensis An-
 tiquis, *Joannis Lasicii*, Gnesnensis Archie-
 piscopi et Regni Poloniae Primatis, cura et
 opera collectis atque publicatis, p. 92, co-
 gnovimus.

*** Quemadmodum à *Joanne Dlugosso*, Ca-
 nonico Cracoviensi, in Annalibus Regni Po-
 loniae, sub anno mcccxxxix, p. 577, rela-
 tum est.

**** Inter Codices MSSos, folii magnitudinis
 sub numero cxlvii.

CXXXII.

CASPAR SCARBIMIRIENSIS, à patri-
 sic cognominatus: Philosophiae et Me-
 dicinae Doctor, publicusque in Academia
 Cracoviensi Saeculi xvi exitu Professor:
 Epistolas Alchymicas, sua manu exara-

tas, reliquit. Quae Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices MSStos, forma 8. sub numero VI. MCLVII *, locum suum nactae sunt.

* Inditae volumini illi: cujus principio, *Joannis Francisci Gorscii*, Equitis Masovii, Fortium Aquarum libellus, est collocatus.

ALBERTUS SCHELIGA, vide *Szeliga*.

CXXXIII.

ANTONIUS SCHNEEBERGER Patricius Tigurinus: Urbis Cracoviae Medicus primarius: SIGISMUNDI AUGUSTI principatu maxime inclaruit. Comitumque *Tarnoviorum*: *Joannis*, Castellani Cracoviensis dignitate praediti: *Joannisque Christophori*, Voinicensis Castellani honore conspicui: illustrium illorum Maecenatum, familiarissimus exstitit. Regnante autem *Stephano Bathoreo*, die XVIII mensis Martii, anno CHRISTI, MDLXXXI, nondum senex è vita demigravit; sicut in *Simonis Starovolscii Monumentis Sarmatarum*, p. 107, posteritati significatum est. *Zalusiano* in Museo publico supersunt:

1.) *Antonii Schneebergeri Patricii Tigurini*, Helvetii, *Medicamentorum* sim-

plicium corpus humanum a pestilentiae contagione praeservantium Catalogus: et quomodo iis utendum sit. brevis Institutio. Apposita sunt etiam Stirpium nomina Polonica; ubi plurima; antehac ab aliis in re Herbaria recte scripta, breviter continentur Cracoviae, apud Lazarum Andreae anno Salutis MDLVI, mense Januario

Editio rarissima.

— Libri istius Editio externa, hoc titulo insignita: *Catalogus Medicamentorum simplicium et facile parabilem, Pestilentiae Veneno adversarium, Antonii Sneebergeri Tigurini Recognitus, et multorum remedium accessione adauctus, opera et studio Henrici à Bra Frisii, medici Zutphaniensis. Franekeræ, apud Aegidium Ratdaeum, Ordinum Frisiae Typographum. MDCV. 8.*

Desunt, in hac Editione, Stirpium vocabula Polonica.

II.) *Catalogus + Stirpium quarundam Latine et Polonice conscriptus per Antonium Schneebergerum Tigurinum Cracoviae, Lazarus Andreae impressit, anno 1557, mense Febuario. 8.*

† Eo

† Eo, qui opusculo praecedenti est intextus, longe locupletior: Polonis autem ipsis, aevo nostro litteratissimis, minus notus.

III.) *Antonii Schneebergeri Tigurini, Medici Physici, De multiplici salis usu Libellus*, scriptus ad Generosum ac Magnificum Dominum *Hieronymum Buzinski*, Salinarum Regni Poloniae summum Praefectum. *Cracoviae, Lazarus Andreae* imprimebat, anno 1562, mense Maio. 8.

Editio perrara.

IV.) *De bona Militum valetudine conservanda Liber*: ex veteribus rerum bellicarum historiis, excellentissimorumque Medicorum libris erutus: et secundum sex rerum, ut medici vocant, non naturalium ordinem conscriptus, ac Optimo Principi Divo SIGISMUNDO AUGUSTO, Serenissimo ac Potentissimo Poloniae Regi etc. per *Antonium Schneebergerum Tigurinum*, Medicum Physicum dicatus. *Cracoviae, Lazarus Andreae* anno MDLXIV imprimebat. 8.

Inventu in Polonia ipsa difficillimus.

V.) *Antonii Schneebergeri Tigurini, Helvetii, Medici Physici, Gemma Amethystus*, sive Carbunculus Aethi-

ops. Illustri ac Magnifico D. D, Joanni
Christophoro Comiti Tarnovio etc.
 dicatus. *Cracoviae, Mathias Virzbi-*
ta mense Junio anni 1565 imprime-
 bat. 8.

Editio rarius obvia.

VI.) *Antonii Schneebergeri Patricii Tiguri-*
rini, Helvetii, Medici Physici, Nu-
ptialium narrationum Prima ††. *Crac-*
oviae, in Officina Stanislai Scharf-
fenbergii, anno MDLXXIX. 4.

†† Cui nulla successit.

VII.) *Medicamentorum facile parabi-*
lium adversus omnis generis articu-
lorum dolores Enumeratio, ab An-
tonio Schneebergero Tigurino Helvetio
 conscripta, ac Amplissimo Viro D. D.
Petro Posnanitae, Divi SIGISMUNDI
AUGUSTI, Regis Sarmatiae Sapientissi-
mi et Augustissimi Protophysico etc.
D. D. D. Cracoviae, in Officina Typo-
graphica Stanislai Scharffenbergii, an-
 no Domini MDLXXX. 8.

Editio supra modum rara.

— Ejusdem opusculi ††† Editio *Frank-*
furtensis, apud Andream Vech-
lum MDLXXXI, forma simili, adornata.

††† Cui, in ista Editione, auctoris ejusdem

De multiplici Salis usu libellus : Gemma Amethystus , sive Carbunculus Aethiops : Nuptialiumque Narrationum prima : ac praeterea *Joanis Fernelii* Ambiani, Consilium pro Epileptico scriptum, accesserunt.

Idem *Schneebergerus*, De tuenda sanitate humana tempore pestilentiae, librum singularem †† Latine confecit atque evulgavit; qui in *Zalusciano* Museo publico desideratur. Adest tamen liber ille, à *Joanne Antonino* ††† Hungaro Polonice redditus: ab ipso autem *Antonio Schneebergero* Tigurino, *Alberto Friderico* Marchioni Brandenburgensi et Duci in Prussia, Epistola Polonica dedicatus: Cracoviaeque, typis *Matthaei Siebeneycher*, anno 1569, forma 8 excusus.

†† Ab eo, quem num: I indicavimus, omnino diversum.

††† *Schneebergeri* socero: *Sigismundi Primi* atque *Sigismundi Augusti*, Poloniae Regum, Medico. De quo, in *Janocianorum* Volumine I, num: x, p. 24—26, egimus.

De Aëris Usu libellum peculiarem *Schneebergerus* noster promisit, sed in lucem non protulit.

In specimine Historiae litterariae maximeque naturalis Poloniae, à Do-

mino *Dubois* viro ingeniosissimo atque eruditissimo Gallice exhibitum *Schneebergeri* nomen, litteratis hominibus sat cognitum ††††, silentio praeteriri haud debuisset.

†††† E *Joannis Jacobi Frisii Tigurini*, *Leipziger* *Gesnerianae* Bibliothecae Universitatis denuo adaucta, p. 67 sq: *Joannis Georgii Schenckii* Bibliis Jatricis, sive Bibliothecae Medica macta, continuata, consummata, p. 66: *Georgii Abrahami Mercklini*, *Lindens* Renovato de Scriptis Medicis, p. 82 sq: *Joannis Jacobi Mangeti*, Bibliothecae Scriptorum Medicorum, Tomi Secundi Pars II, p. 280: *Christiani Wilhelmi Kestneri* Medicinischen Gelehrten — Lexico, p. 794: *Christiani Gottlieb Joecheri* Allgemeinen Gelehrten — Lexici Tomo IV, p. 310: aliisque operibus ejusmodi.

CXXXIV.

STANISLAUS SCZYGIELSKI, Nobilis Polonus, Ordinis Divi *Benedicti* Monachus: Sacraeque primum Theologiae in *Tinecensi* Coenobio, totius Poloniae vetustissimo ac nobilissimo, Professor primarius: deinde Praepositus *Tachovien*sis: porro Bibliothecarius *Tinecensis*: postremo autem Abbas *Trocensis*: simulque Praepositus *Piosunensis*: sub

nem saeculi superioris desiit vivere. De quo, in Commentariorum, De Literis Rarioribus Polonicis, Parte II, p. 8, aliquanto fusius diximus. Opera ejus praestantiora, inventuque apud Polonos posos perdifficilia, ac Bibliographiae Benedictinae externis scriptoribus innotata, subsequencia illa existimantur:

1) *Aquila Polono-Benedictina*, in qua Beatorum et Illustrum Virorum Elogia, Coenobiorum ac rerum memorabilium Synopsis, Exordia quoque et Progressus Ordinis D. P. *Benedicti* per Poloniam et ejus Sceptris subiectas Provincias breviter describuntur. Item duplex fulcrum Ordinis sublevandi, cum Appendice diversarum ejusdem Ordinis Congregationum, proponitur. Auctore R. P. *Stanislaw Sczygielski*, Praeposito Tuchoviensi Ordinis S. BENEDICTI. Cracoviae, in Officina Viduae et Haeredum *Francisci Caesarii*, S. R. M. et Illustrissimi ac Reverendiss. Episc. Crac. Typographi. Anno Domini 1663. 4.

Praeter hanc Aquilam, à *Caspare Niesiecio*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 69, *Sczygielscii* scriptum nullum memoratur.

II.) *Tinecia*, seu Historia Monasterii Tinecensis, Ordinis S. BENEDICTI, primariae inter Polonica Coenobia venerationis: per R. P. *Stanislaum Sczygielski*, Bibliothecarium ejusd. Monast. collecta, et in IV Libros partita. Crac. ex Officina *Schedeliana* S. R. M. Typogr. Anno 1668. 4.

A *Magnoaldo Ziegelbauer*, Litteratore Benedictino praeclaro, in Novo Rei Litterariae Ordinis S. BENEDICTI Conspectu, p. 280: inque Historiae Rei Litterariae Ordinis S. BENEDICTI, Parte I, p. 615, è scriptis *Sczygielscii* nostri, sola ista *Tinecia* nominatur.

III.) *Series et Notitia Trocensium Abbatum*, Ordinis S. BENEDICTI. Ad conservandum viridi et celebri recordatione Praedecessorum (aevo succedente) decus. Concinnata per A. R. D. *Stanislaum Sczygielski* Ord. S. BENEDICTI: et ab eodem, Perillustri et Reverendissimo Domino *Stephano Kobierzycki*, Abbati Trocensi Praepositoque Piosunensi, officiose oblata dicataque. De licentia Superiorum *Crocoviae*, apud Haeredes *Christophori Schedel*, S. R. M. Typogr. Anno Domini 1668. 4.

A Principe *Jablonovio*, in Museo Polono, p. 110, *Stanislaus Kobierzeycki*, Palatinus Pomeraniae, Heros doctissimus scriptisque celeberrimus, *Seriei et Notitiae Trocensium Abbatum* auctor assertitur: p. 248 autem idem liber, *Stanislai Sczygielscii*, Ord. S. BENED. Abbatis Trocensis, operibus annumeratur.

IV.) *Pharus Benedictina* universum Orbem irradians: sive vita S. P. N. *Benedicti Abbatis*, ejusque sanctissimae Regulae et Ordinis utilitas, ac Monachorum de Orbe merita gloriosa: binis Tractatibus compendario demonstrata, lucique publicae per R. P. *Stanislaum Sczygielski*, Benedictinum Tinecensem, exposita. Crac. ex Officina Schedeliana S. R. M. Typ. Anno Domini 1669. 4.

V.) R. P. *Stanislai Sczygielski*, Benedictini Tinecensis, *Responsio Modesta* ad Illustriss. et Reverendiss. Domini *Andreae Olszowski*, Culmensis Episcopi Regnique Poloniae Procancellarii, *Quinquaginta singularia Juris Patronatus Regum Poloniae*, circa Abbatias Praelatis Saecularibus in Commendam conferendas. Nec typographi, neque loci, neque anni mentione facta. Forma 4.

VI.) *De Abbatiis, à Serenissimis Regibus Poloniae, Praelatis Saecularibus in Commendam datis: Casus singulares cum sua Resolutione. Sine auctoris atque typographi, locique ac temporis indicio. Forma 4.*

Id quidem opusculum, à Comite *Zaluscio*, in publicato Conspectu Edendae Collectionis Scriptorum Ecclesiasticorum Poloniae, rarissime obviatorum, p. 47, num: cccLXI: inque Bibliothecae Polonae MStae Tomo II, p. 1219, *Stanislaw Sczygielscio*, Ordinis S. BENEDICTI Monacho, jure summo tribuitur.

VII.) *Liber Penthicus de Commendatariis Regularium Praelatis. In quo, Commendatorum Monasteriorum gravissima incommoda: et Praelatorum Commendatariorum, in Religiosos non absoluta, sed circumscripta Jurisdictio, clarissime demonstratur. Editus à Reverendissimo Domino, D. Stanislaw Sczygielski, Abbate Trocensi atque Praeposito Piosunensi Ordinis S. BENEDICTI. Impressus Vilnae apud PP. FRANCISCANOS. Anno Domini 1681. 4.*

Est hic liber omnium, quos *Sczygielscius* foras emisit, rarissimus:

inque ipsa Tinecensi Bibliotheca frustra nunc quaeritur. Praeter exemplar suum, aliud nusquam se vidisse, Comes *Zaluscius* in adducto Conspectu, p. 47, num: ccclix, monet.

Historia Monasterii Plocensis Ord. S. BENEDICTI, à R. P. *Stanislaw Sczygielski*, Benedictino Tinecensi conscripta, sed non promulgata, in *Dembowszorum Fratrum Illustrium Bibliotheca* asservatur.

CXXXV.

MATTHAEUM SHAMOTULIENSEM*, Cracoviensis Academiae Philosophum et Mathematicum, virum doctissimum, maximeque sibi carum et necessarium, Cracoviae peste sublatum, *Petrus Tomicius* Episcopus Cracoviensis et Regni Procancellarius luget in epistola, ad *Andream Cricium* Praesulem Plocensem, exeunte mense Decembri anni MDXXVIII Kielciis ** scripta; quae, SIGISMUNDI JAGELLONI *Actionum Regiarum* Volumini Septimo, ad Bibliothecam Academiae Cracoviensis pertinenti, p. 543--547, inserta est.

* De quo, in *Janocianorum* Volumine Primo; num: xcii, p. 244 — 247, sumus locuti.

** Cracoviensium Antistitem sede hiemali.

b. VALERIANUS SBILUTUS SIECIECHOWSKI, Insignis Eques Polonus, de Domino Magnorum Comitum à *Sieciechow*. Latet sub hoc nomine auctor ignotus, qui Librum Generationis Plebeiorum in Familias Patricias assumptorum: Civitatum maiorum, Judiciorumque supremorum Tabulis publicis, instar Lexici ad seriem litterarum, patrio idiomate collectum: anno Domini MDCXXVII manu sua propria, foliis integris per scriptum ***, reliquit.

*** Sempiternis tenebris à Nostratibus damnatum: ab annis XXII, è Bibliotheca Miechoviensis Coenobii Canonicorum Regularium Custodem S. Sepulchri Domini, in *Zaluski* nam Bibliothecam publicam translatus; ubi cum nemine hominum communicatur.

CXXXVI.

CASPAR SIEMEK †, Eques è Cracoviensi Satrapia: emendandae Reipublicae Polonae maiorem in modum cupidus studiosus: libros duos composuit, in quibusque conspectum Polonorum litteratorum prodire iussit. Unum, cui titulus *Civis Bonus*, ad Illustrem et Magnificum Dominum, Dominum Joannem Zebrzydowice Zebrzydowski, Regni Poloniae Ensiferum, Lanckoronensem

pitaneum, etc. Ubi Civis Boni natura, conditio, leges, et caetera tam ad essentiam, quam ad perfectionem ejus pertinentia: item artes, Cives Bonos cognoscendi, perscribuntur. Omnia historicis, novis et antiquis exemplis illustrata. Crac. in Officina Typographica Matthiae Andreovien. Anno Domini 1632. Forma 4. Alterum, cujus inscriptio est ejusmodi: *Lacon*, seu de Reipublicae recte instituendae arcanis Dialogus. Si te deseruerit Respublica, in qua natus es, totius Mundi Senatorem age. è Stoicorum Decretis. Cracoviae, in Officina Matthiae Andreoviensis. Anno Domini 1635. Forma pari.

† A Casp. Niesiecio, Genealogiarum Polonicarum scriptore optimo et perfectissimo. haud memoratus.

CXXXVII.

CASIMIRUS SIEMIENOWICZ, Eques Lithuanus, VLADISLAV IV regnante, Oeconomiae Bellicae atque Armamentariorum per universum regnum Poloniae Praepaefectus fuit. Ejus *Artis Magnae Artilleriae Pars prima* †† Amstelædami ex officina Joannis Janssonii MDCL, folii magnitudine, progressa est in publicum. Pars altera operis eximii raroque obvii

†††, à *Siemienowicio* ipso elaborata, sed palam non emissa, *Levartoviae* in *Bibliotheca Principum Sangusconum* exstare fertur. *Albertus Wiiuk Koialowicz*, *Lituanæ Gentis Historicus* atque *Genealogus* præcellentissimus, in *Nomenclatore Familiarum Lituanicarum* MSto, p. m. 227, de *Siemienowiciis* Nobilibus *Lituanis* locutus, *Casimirum* ea tempestate maxime celebrem tacuit. De quo *Janocius*, imbecillitate tanta affectus, plura nunc fari nequit.

†† Quæ Gallice à *Petro Noiset* versa, *Amstelædami* apud *Ioannem Janssonium* MDCLXII folii magnitudine exiit: Theotisceque à *Thoma Leonardo Beeren* facta, ac Parte nova a *Danielæ Elrich* aucta, *Norimbergæ* apud *Hoffmannum* MDCLXXVI, et *Francofordiæ* apud *Joannem Davidem Zunnerum* MDCCXXXI forma eadem lucem adspexit.

††† *Zalusciæ* Bibliothecæ publicæ exemplar Latinum, Gallicumque, Viro Nostrati principi ac potenti concessum: Theotiscum, Chiliarcho Militiæ externæ commodatum: recuperari a Bibliothecariis nullo modo possunt.

CXXXVIII.

MARTINUS SIENNIK Polonus, Urbis *Cracoviensis* Medicus eruditissimus, sub regni *SIGISMUNDI AUGUSTI* exitum floruit.

Opus nobile, *De Plantarum nostratum atque exoticarum, maximeque transmarinarum, nominibus variis, et virtutibus propriis*, lingua vernacula compositum: doctissimo Castellano Sano-
censi, Joanni Herburto de Fulstyn, dedicatum: Cracoviae, in typographeo Nicolai Scharffenbergeri, anno Domini MDLXVIII, forma 4, promulgavit. Cui inter libros Polonicos rariores, locus praecipuus à Kioviensi Episcopo litteratissimo, Josepho Andrea Comite Zaluscio*, assignabatur. *Zaluscianae* Bibliothecae publicae exemplar foliis prioribus ac postremis caret. Exemplari illi, quod Niesvisii in Bibliotheca Radiviliana ostenditur, titulus deest. Integrum exemplar Zaluscio Antistiti nunquam fuit visum.

* Qui, in *Bibliothecae Polonae*, propria manu sua conscriptae, Tomo II, p. 1190—1193 *Siennicii* huiusce *Herbarium* ubertim percensuit.

CXXXIX.

a. MICHAELIS ALOYSII SINAPI, Nobilis Hungari: Medici Principis Dominici Radivilii Lituaniae Cancellarii: in *Ianocianorum* Volumine II, num: cxxxiv, p. 255—257 producti: mentio accurate iam

est facta, in Succinctae Medicorum Hungariae, et Transilvaniae, Biographiae Centuria Prima †, quae Lipsiae ex Officina Sommeria, anno MDCCLXXIV, formata, 8, in lucem edita fuit, p. 168 sq. Operibus ipsius addendae sunt: *Michaelis Aloysii Sinapi*, Nobilis Hungari, Celsissimae Domus Radivilianae Archiatrum Epistolae ad Medicos Batavos, aetate suae clarissimos, scriptae. Quae Nesvossii, in Bibliotheca Radiviliana ††, servabantur.

† Quam, inventu perdifficilem, auctor ipse *Stephanus Weszpremi*, Medicinae Doctor Liberaeque atque Regiae in Hungaria Civitatis Debrecinensis Physicus Ordinarius, mese Octobri anni MDCCLXXVIII, ad nos perferre jussit: praemissis iam XVIII Kal. Febr. illius anni Litteris humanissimis, quibus vir doctissimus ac disertissimus, eximiam suam erga nos benevolentiam atque caritatem laudulenter declaravit.

†† Testantibus C. F. *Machnicii* Bibliothecarii Litteris, die XXIII mensis Julii, anni MDCCLXXVIII ad nos datis.

b. ERASMI SIXTI, Consulis ac Medici Leopoliensis: in *Janocianorum* Volumine II, num: CXXXVI, p. 258 sq. commemorati: de *Thermarum Sklanarum usu recto maloque*, opus laudatissimum.

num Polonice simul Latineque ††† Varaviae in typographia *Mizleriana* forma excusum ††††: ibidem in *Poseriana* aberna libraria venditur.

†† Milliare unum a Javorovia civitate exigua, milliaria autem quinque ab Urbe Leopoli totius Roxolaniae maxima et florentissima ebullientium.

††† Kioviensi Canonico Cathedrali *Josepho Epiphanio Minasowicio*, Regioque olim Consiliario et Medico et Historiographo *Laurentio Mizlero de Kolof*, interpretibus.

†††† Sumtus liberaliter suppeditante *Udalrico Christophoro* Principe *Radvilio*, supremo quondam in Magno Lituaniae Ducatu Stabuli Praefecto.

CXL.

THEODORUS SKUMINOWSKI*, Lituorum aevo superiore omnium doctissimus, à principe *Josepho Alexandro Jablonovio*, Palatino Novogrodensi, Lituaniae Senatore, ac Litteratore maximo, in Museo Polono ac Lituano, praetermissus fuit. Parentes quidem nobiles, sed Graeci schismatis tenaces, habuit. Juvenili ipse aetate, Romanae Ecclesiae reconciliatus: Lovanii sacras litteras, mathematicasque disciplinas, pontificium quoque et civile ius tractavit. Ibi-

demque iuris utriusque Doctoris insignia meruit. In patria deinde *Georgium Tyszkiewiczum*, Praesulem Vilnensem nactus Maecenatem: Russiae Lituanicae Proëpiscopus atque Archidiaconus ab eo constitutus est. Ejusque ope Vilnensis Primicerii Cathedralis dignitatem impetravit. Gratianopolitani autem Episcopi Pontificiique Praelati Domestici, et Solensis in Capella Assistentis, honores *Innocentio X.* Pontifici Summo, debuit.

* Gentilicium ipsi nomen *Skuminowicz* *Skuminowski* tamen dici maluit.

Exstat Varsaviae in *Zalusciana* Bibliotheca publica: *Epistola Paschalis Theodori Skuminowicz, Episcopi Gratianopolitani, SS. D.N. PP. Praelati Assistentis, Suffraganei et Archidiaconi Albae Russiae, Cantorisque Vilnensis*. In qua, Graeco-Ruthenum antiquum Calendarium conformiter Gregorianae aequatione Solis et Lunae praevia rigitur, per aureum numerum suo locum restitutum, ad normam veteris Romani et Alexandrinorum supputationis. Cum Responsione, ad eam, A. R. P. *Joannis Baptistae Riccioli* **, S. I. Astronomicorum voluminibus celeberrimi. *Dantisci*, apud *Georgium Förrsterum*, S. R. M. Bibliopolum. Anno 1659, 4. Opusculum peritissimum.

** *Scul-*

** *Scuminovius* in Urbe Vilna, cum *Alberto Koialowicio*, Litvano illo Historico clarissimo: Vlnensis tunc Academiae Rectore: familiarissime vixit. Quo maxime cohortante, *Epistolam Paschalem ad Ricciolum*, Astro-
nomum inclytissimum, exaravit.

Adest etiam: *Theodori Scuminovii*, Episcopi Gratianopolitani, SSmi D. N. Sacerdoti Domestici, et in Capella Assistentis, per Albam Russiam Suffraganei Archidiaconi, Cantorisque Vlnensis. *Jure Personarum*, seu in Primum Institut. Justinianearum Librum *Catholica Explicatio*: Theologicis, Naturalibus, Politicisque Rationibus, et Canonico, Civili Antiquiori ac Novissimo, et Consuetudinario Europae Jure, cum perpetua Triboniani in meris Civilibus Defensione, probata. Nunc primum in lucem prodit. Opus Theologis, Juristis, et Politicis aequè necessarium ac jucundum. *Bruxellae*, typis *Joannis Mommartii*, Superiorum Permissu. 1663: 4. Opus rarissimum.

Estque praeterea *Theodori* *** Opus Polonicum: Vilnae, typis Academicis Societatis Jesu, anno Salutis 1643, forma 4. descriptum: inventu valde difficile, Quo Rationes potiores **** exponuntur,

cur Rutheni schismatici, cum Romana Catholica Ecclesia, in gratiam redire debeant.

*** Sacris tum Ordinibus nondum initiati.

**** *Przyczyny* etc.

CXLI.

MARTINUS SLONKOWICZ, munificentia JOANNIS CASIMIRI Poloniae Rex excitatus, in Academia Cracoviensi Hebraicas litteras publice docuit. Isque *Synopsin Grammaticae Hebraicae*, gratiam eorum, quibus cordi est Linguae Sanctae notitia, ex praeceptis generalioribus Orthographiae, Etymologiae, Syntaxeos, et Prosodiae, deductam Cracoviae, apud Lucam Kupisz S. M. Typographum, anno Domini MDCLVIII forma 8, publici juris fecit. Quae, temporibus, haud facile reperitur. Idem *Slonkowicz, Auli Persii Flacci Satyrae* è Latino carmine, in Polonicum elegantius conversas, Cracoviae in typographo Schedeliano, anno MDCLII, forma 8, luci communi exposuit. Quas, aetate nostra, inventu rarissimas Josephus Ephraimius Minasowicz, Kioviensis Cathedralis, Latinis vernaculisque carminibus ipse celebris, Varsaviae juxta exemplar Zaluscianae Bibliothecae, typis Mizlerianis, anno MDCCCLXXII

forma 8 recudendas curavit: vita *Persii*, secundum *Suetonium*, patrio sermone callissimo praemissa: notulisque brevissimis, quibus *Persii* loca difficiliora explicantur, poscente occasione subjectis.

Antonius Sneeberger, vide *Schneeberger*.

CXLII.

SOPHIA Ruthena, *Andreae Ivanidis*, Ducis Kioviensis, filia: VLADISLAI JAGELLONIS, Regis Poloniae et Supremi Ducis Lituaniae, uxor * quarta: humanitatis studiis, prout sua tempora ferebant, probe instituta: Cracoviensis Academiae Professoribus **, et juvenibus studiosis ***, valde benignam ac liberalem sese praebuit. Regina illa iam vidua, circa medium Saeculi quintidecimi, Sacra Biblia utriusque testamenti, è veterrimo Exemplari Slavonico, in sermionem Polonicum, per *Andream de Maszowice*, Cracoviensis Academiae Theologum, et Ecclesiae in nova Civitate Korcezinensi Parochum, transferri ****: perque *Petrum de Radoszice*, Castri Korcezinensis Notarium, membraneis foliis integris perscribi curavit. Quae, aevo nostro, reperiri nusquam possunt. Cracoviae autem, in Bibliotheca Aca-

demica, superstites esse *Sophiae* Poloniae Reginae senioris † Epistolas, *Eugenium* Quartum Papam: ad *Julianum* Cardinalem, *Eugenii* Papae Legatum apud *Vladislaum* Regem Poloniae et Hungariae: itemque ad *Colaum* Quintum Papam: et ad *Benedictum* Episcopum Spoletanum, *Nicolaum* Papae Legatum apud *Casimirum* Primum Regem Poloniae Magnumque Ducem Lituaniae: ad Viros quosdam principes in Regno Hungariae: ad *Alexandrum* †† Ducissam Masoviae: ad *Petrum* ††† Episcopum Plocensem: et Doctores Universitatis Cracoviensis, litteras scriptas; Codicum MSSorum unus Bibliothecae Catalogus, Srenissimus *STANISLAO* AUGUSTO, Regi hodierno per rectus p. 230, nobis significat.

* Nupsit *Vladislao Jagelloni* Regi, mccccxxii fere ineunte. Peperitque ei tres: *Vladislaum*, qui Rex a Polonis et Hungaris assumptus, Varnensi in praefractis Turcis occisus est: *Casimirum*, qui visum spatium annum non explevit: et *Casimirum* alterum, qui *Jagellonides* cognominatus Magnusque primum Lituaniae Dux, et deinceps Poloniae Rex electus fuit. Regina ipsa lugente *Casimiro* filio Rege, universo Populo Polono, vitam cum morte commixtaavit, xi Kalendas Octobres anni post

stum natum MCCCCLXI: uno et quadraginta annis, post initum cum *Vladislao Jagellone* Rege matrimonium, exactis. Singularia de ea, *Joannes Długossus*, in Annalibus Regni Poloniae, sub annis MCCCXXII, p. 446 sq; MCCCXXIII, p. 473: MCCCXXIV, p. 474—476, et 483: MCCCXXVI, p. 493: MCCCXXVII, p. 497—500: MCCCXLV, p. 3, 6, 10: MCCCXLIX, p. 52, et 54: ac denique MCCCCLXI, p. 277 sq. sat fuse tradidit: ex iis autem *Martinus Cromerus*, in Opere elegantiori suo. De Origine et Rebus Gestis Polonorum, Lib. xviii, p. 289b: xix, p. 292a, et 294 a sq: xxiv, p. 370a, multo brevius repetiit.

** *Michaeli* praeipue *Parisiensi*: qui huic Reginae Commentarium suum in Librum *Ruth* sacravit.

*** Quibus è Silesia vicina, Germaniaeque remotiore advenis, cunctarum rerum egenis, libros bonos et vestimenta necessaria suppeditavit; praedicante *Michaele Parisiensi* in Commentarii sui Dedicatione.

**** Quorum *Petrus Skarga*, in Litteris ad *Stanislaum Carnovium*, Gnesnensem Archiepiscopum et Regni Primatem, ex Urbe Varsavia, vi Idus Novembres MDLXXXIV datis, *Zaluscianae* Bibliothecae Miscellaneo Volumini MSto cccxcv b, p. 367 sq, immistis: *Andreasque Wengierscius*, in Historia Ecclesiastica Slavonicarum Provinciarum, p. 23; et *Sylvius Wilhelmus Ringeltaube*, in der Gründlichen Nachricht von Polnischen Bibeln,

Cap. I. Sect. I, p. 25, diverso modo minerunt.

† Senioris appellatione, *Sophia* Regina vidua, à *Casimiri* filii jam Regis conjuge *Elisabetha Austriaca*, distinguebatur.

†† *Siemoviti* Junioris Ducis uxorem: *Vladislai Jagellonis* Regis sororem germanam. De qua *Joannes Dlugossus*, in *Annalibus Regni Poloniae*, sub anno MCCCCXVII, p. 378, et 379, mentionem fecit.

††† Gentilicio cognomine *Gizicium*. Qui *Plocensem Ecclesiam* annis MCCCCXXXIX MCCCCLXIII gubernavit.

CXLIII.

JOANNES AMPLIAS SOSZYNSKI *, Eques Posnaniensis Satrapiae. Prodiit ipsius: *Palatinus*, sive Oratio de Dignitate Palatinorum in Regno Poloniae, Gratulationis loco conscripta, et oblata Perillustri et Magnifico Domino, D. *Andreae Comiti à Leszno*, Domino in *Baranovi* etc. cum fasces Palatinatus *Brestensis Cujaviensis* olim à S. R. M. sibi delatas caperet. Sub finem anni MDXIX: sine typographi locique significatione. Forma 4.

* Genealogo ac Litteratori peritissimo, *Caspari Niesiecio*, ignotus.

CXLIV.

STANISLAUS Clericus SIGISMUNDI Senioris Regis Poloniae, Sic nomen suum ille est professus *: qui, primus omnium Polonorum, carmen vernaculum in lucem spectumque civium protulit. Est hoc, Nuptias Joannis Zapolii Hungarorum Regis, atque ISABELLAE JAGELLONIAE, SIGISMUNDI Senioris Regis Polonorum filiae, scriptum: Cracoviaeque, in Officina Hieronymi Vietoris, Typographi Regii, anno Domini MDXXXIX, forma 4 excusum: titulo illo praefixo, Na weselie Krolewny Zabelle.

* Sub ipsum finem carminis:

Stanislaus Cracovianus, vide Cracovianus.

Statuta Ducatus Masoviae: vide Petrus de Chotkowo, Joannes de Czelancz, Raphael Leszczynski, Stephanus Wolszynski, et Nicolaus Zukowski.

Statuta Regni Poloniae veterrima: vide Casimirus Magnus Rex.

Statutum Lituanum: vide Leo Satcha, et Volhyniae Ducatus.

CXLV.

a. **A**^{DAMUS} **STEPHANIDES** *, Cracoviensi in Academia professus est rhetoricen. Isque: Ad Regem, Senatum, Equites, in Comitibus Regni generalibus Varsaviae anno MDCXI congregatos, bellum supplicem nomine totius Academiae Cracoviensis scripsit: Cracoviae, ex Officina *Andreae Petricovii*, R. M. Typographi, anno eodem, forma 4 edidit.

b. **MELCHIOR STEPHANIDES** **, Leopoliensis Metropolitanus atque Chelmenensis Cathedralis Canonicus, idemque Moscensis Ecclesiae Collegiatae Scholasticus, *Illustrium Virorum tam Ecclesiastici: quam Equestri Ordinis Opuscula, Compositionis inter Status negotio servientia.* Jussu et auctoritate Illustrissimi Domini, D. Joannis *Andreae Prochnicki*, Dei Gratia Archiepiscopi Leopoliensis, Abbatiaeque Sieciechoviensis Administratoris perpetui, etc. collecta. Cracoviae, ex Officina *Andreae Petricovii*, S. R. M. Typographi. Anno Domini MDCXXXII, forma 4 emisit. Quae nunc in Polonia ipsa non facile acquiri possunt.

- * { *Stephanides* uterque Urbem Leopolim co-
 * { luit patriam, *Melchior* vitam finivit anno
 * MDCXXXIII: commemorante *Bartholomaeo*
Zimorovicio, in opusculo De Viris Illustri-
 bus Civitatis Leopoliensis, Metropolis Rus-
 siae, p. 18.

CXLVI.

STEPHANUS†, Varsaviensis Ecclesiae Collegiatae Praepositus, Plocensisque Cathedralis Canonicus, è *Wodynsco-*
rum familia, sub Ducibus Masoviae cla-
 rissima, ortus fuit; quemadmodum ho-
 diernus Episcopus Coadiutor Kioviensis,
 atque Canonicus Varsaviensis, *Caspar*
Cieciszowski, Praesul doctissimus, patri-
 arumque antiquitatum inprimis peritus,
 è vetusta Tabula Parochialis Ecclesiae,
 à *Stephano* illo ipso, in paterno rure
 Dioecesis Varsaviensis conditae, nos edo-
 cuit. Isque *Stephanus*, *Petro de Chotko-*
wo Episcopo Plocensi, in Cancellariatu
 Ducatus Masoviae successit. Non autem
 anno MCCCCLXXII, sed MCCCCLXXXIII Sta-
 tuta †† *Ducum Masoviae* collegit.

† De quo, in *Ianocianorum* Volumine II, num-
 cxlii, p. 270, mentionem fecimus.

†† Collectionis illius, neque *Hankievicius*, ne-
 que *Sczygielscius* meminit,

CXLVII.

SIGISMUNDUS CHRISTOPHORUS STOESSEL, Custos atque Canonicus Cathedralis Varmiensis *. Floruit ille *Venceslai Lescinii*, Varmiae Pontificis, aetate. Cui in maximis gravissimisque negotiis, per Litteras tractandis, egregiam atque fidelem operam navavit. Huius quoque res gestas Volumine satis amplo complexus est, quod Varmiensi Tabulario Cathedrali inclusum, nondum communem lucem adspexit. Exstat Varsaviae, in *Zaluscianae* Bibliothecae publicae Volumine ** Miscellaneo Msto cccxxxvii b, p. 252—264, Diarium Ablegationis apud *Fridericum Wilhelmum* Electorem Brandenburgicum, nomine *Stephani Wydzgae* Episcopi, totiusque Collegii Canonorum Ecclesiae Varmiensis, a **SIGISMUNDO Christophoro Stoesselio**, Ecclesiae ejusdem Custode et Canonico, anno 1663 peractae.

* A *Venceslao* eodem *Lescinio*, Gnesnensi postea Archipraesule et Regni Poloniae Primate, Ecclesiae Gnesnensis Metropolitanae atque Loviciensis Collegiatae Canonicis adscriptus. Qui x Kalendas Maias anni à natiuitate *Christi* MDCLXXI demortuus, in Varmiensis Ecclesiae Cathedralis Monumentis Sepulchralibus MSSis, p. 37, posteritati commendatur.

** *Michaelis Radziciowii*, S. R. E. Presbyteri Cardinalis, Varmiensisque primum Episcopi et deinceps Gnesnensis Archiepiscopi Re-
gnique Primatis, olim proprio.

CXLVIII.

JOANNES STRASZ *, Urbis Cracoviae Patricius, adolescentia ineunte Joanni Comiti Tarnovio, Cracoviensi Castellano militiaeque Polonae Praefecto supremo, ab epistolis fuit. Qui ei à SIGISMUNDO Seniore Polonorum Rege balteum Eque-
stem impetravit. Altiora ipsius molimi-
na in patria sua, nunc attingere nequeo. Quorum successu desperato, Machome-
ti nomen dedit. Summusque exinde In-
terpres à Solimanno II Turcarum Cae-
sare renunciatus: ejus nomine, Lega-
tionem illustrem apud Ferdinandum
Imperatorem atque Maximilianum Re-
gem Romanorum, obivit.

† *Strasch* Nostratium pronuntiatione. Latine *Strassius*, et *Strasius*, voluit nominari. Ille ipse, de quo, in JANOCIANORUM Volumine II, num: CXLIX, p. 280 et 281, iniecta est mentio.

Est Varsaviae, in Regni Tabulario Maiori, Volumen autographum Episto-
larum †† *Soltani Solimanni Sachi* Cae-
sarum Turcarum, ad SIGISMUNDUM Senio-

rem atque SIGISMUNDUM AUGUSTUM Regem
Poloniae, per *Ibrahimum Beg* alias
Strasz, Invictissimae Portae et Caesar-
reae suae Magnitudinis Interpretem sum-
mum, partim Latinè, partim Polonice
scriptarum, folii magnitudine. Servatur
que, in *Zalusiana* Bibliotheca publica
Turcici Legati, *Ebrahimi Strasz* ††
apostatae, ortu Poloni, Oratio lingua
Slavonica coram Caesarea Majestate,
Romanorum Rege, et caeteris Sacri Ro-
mani Imperii Electoribus, Principibus
atque Statibus, anno MDLXII, die XXVII
Novembris Francofórdiae habita. Una
cum brevi munerum, ab ipso Caesareae
Maiestati exhibitorum, nuncupatione.
Et de ejusdem ministris, comitibus, at-
que camelis. Impressa MDLXII. Sine in-
terpretis, ac sine typographi locique
mentionem. Forma 4.

†† Horum Fragmentum insigne, inter *Zalus-
scianos* Codices MSSos, folii magnitudine,
sub numero CXLVI invenitur.

††† *Strotsch*, in hujus opellae inscriptione
perperam apelati.

CXLIX.

THOMAS STRZEMPINIUS* Nobilis Po-
loniae Maioris: sub regni *Vladislai Ja-
gellonis* exitum: Cracoviensi in Acade-
mia, litteras divinas ac ius pontificium

applausu omnium est professus. Isque amplum Tractatum ** de auctoritate Ecclesiae et Concilii Universalis: Cracoviensis totius Academiae nomine à se ipso conscriptum: Cracoviensique Praesuli Sbigneo Olesnicio prius exhibitum: ad Patres Concilii Basileensis misit.

* *Strzempinski* vocabulo Polonico.

** Ejus Protographum Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices MSStos, forma 4 sub numero MDCCCLXXXV, reperitur. In Catalogo Codicum MSStorum Bibliothecae Academicae Cracoviensis, saepissime a nobis adducto, p. 206, Magistri Thomae Strempinii, Professoris Acad. Cracovien. Commentarius in Apocalypsin Divi Joannis: ipsiusque Acta diversa suorum temporum, commemorantur.

Cracoviensis deinceps Canonicus à Sbigneo Olesnicio iam Cardinali factus: Regnique Procancellarius à *Casimiro Jagellonide* Rege constitutus: ac demum Sbigneo Olesnicio Cardinali rebus humanis exempto, à consentientibus Cracoviensis Ecclesiae Canonicis reliquis Episcopus electus est; *Casimiro Jagellonide* Rege vehementer tum indignante, qui creandorum Episcoporum potestatem in Polonia universa sibi vendicabat. *Strempinius* tamen à *Calixto II* Romano Pontifice Maximo confirmatus, atque ab *Andrea Opalino* Posnaniensi

Antistite Bodzantini in Templo Parochiali inauguratus: Cracoviensem Episcopatum difficillimis temporibus valanter administravit, donec morbo, quem paralyisin nominant, correptus, die xxv mensis Septembris, anno post Christum natum mccccclx, animam piam caelo redderet. Brevi antea libros suos Theologicos: à Germania atque Italia sumptu haud modico advectos: in Gnesnensem Metropolitanam, Cracoviensem ac Perusinensem Cathedralis, Loviciensemque et Unieioviensem Collegiatis Ecclesiis, partitus est. Juridicos autem omnes Cracoviensi Academiae donavit.

Singularia de eo, in *Sandivogii de Czeche l****, Praepositi Clodaviensis Epistolae ad Joannem Dlugossum, Gnesnensem atque Cracoviensem Canonicum Clodaviae septimo Kalendas Julias anni mccccclxxii exarata, p. 45 sq: inque ipsius *Dlugossi Vitis Cracoviensium Episcoporum MSstis*, p. 25 b—26 b, memoriae prodita sunt. In *Simonis Starovolscii*, Canonici Cracoviensis, *Vitis Antistitum Cracoviensium*, p. 142—145: inque *Francisci Rzepnicii*, Societatis Jesu Presbyteri, *Vitis Praesulum Regni Poloniae*, Tom. I, p. 314—316, expositum est de *Strempinio* illo Episcopo.

*** *Sandivogii* istius atque *Dlugossi* consuetudine et familiaritate, per omnem fere aetatem suam, potissime usus est *Strempinius*.

Annotari à nobis ipsis adhuc debet: *Thomae illius Strempinii*, Cracoviensis Episcopi, Statuta Synodalia pro Dioecesi Cracoviensi MCCCCLIX condita, in auctoris anonymi Cracoviensi Synodico **** nondum provulgato, fol. xvii — xviii, locum suum obtinuisse.

**** De quo, in hoc Volumine, num: xxvi, diximus.

CL

SULEIOVIENSIS Abbatia † Sacri Ordinis Cisterciensis, Archidioeceseos Gnesnensis: in Palatinatu Siradiensi prope Civitatem Petricoviensem sita: multos Codices vetustos habet, in Templo Coenobii oculis omnium expositos. Est in his Chronicum Polonorum, de temporibus *Vladislai Jagellonis*, Regis Poloniae, Supremique Ducis Lituaniae, ab auctore ignoto, foliis integris conscriptum. Quod olim *Stanislai Falenci*, Episcopi Theodosiensis, Suffraganei Gnesnensis atque Abbatis Suleioviensis, proprium fuit. Sic aliquando mihi *Martinus Comes Zaluscus*, Plocensis Proëpiscopus, Suleioviensisque ipse Abbas, Praesul ap-

prime eruditus, et domesticae antiquitatis cultor singularis, narravit.

† Regali liberalitate á *Casimiro*, Poloniae Dece iustissimo atque religiosissimo, ante obitum summum principatum, MCLXXVI edita. In qua Cardinalis doctissimus, *Joannes Franciscus Commendonus*, Apostolicae Sedis apud Rempublicam Poloniam Legatus á *Sigismundi Augusti* Regis excessu, usque ad electionem *Henrici Valesii*, latere voluit. Cujus Epistolae è Coenobio Sulejoviensi, *Stanislaum Carncovium*, Vladislaviensium Antistitem datae, in *Illustrium Fironum Epistolis*, á *Carncovio* ipso collectis, Cracoviaeque sine typographi mentione, MDLXXVI forma 4 seorsim in lucem emissis, p. 92-96: ob Exemplarium autem typis exscriptum raritatem insignem, a *Joanne Gottfrido Krause* Lipsiensi Professore, *Joannis Dlugossi* Canonici Cracoviensis *Historiae Polonicae* Tomo II adiectis, p. 1684 — 1685 comprehenduntur.

b. SUUM cuique: scriptum summae raritatis, maximeque memorabile. In quo inspicias Indicem Librorum concessorum, sub Vocabulo *Garampi*. Auctor Augustissimus, in elaborando hoc opere usus est sive *Konarscio*, sive *Naruscio* vicio: * sive utroque.

* Qui manum suam operi isthuc admovisse ipsemet mihi aliquando confessus est.

c. SY.

c. SYNODICON Cracoviense, vide Cracoviense Synodicon.

CLI.

STANISLAUS SZCZYGIELSKI, Ordinis Divi *Benedicti Abbas Trocensis* : vide *Szczygielski*.

ALBERTUS SZELIGA * Varsaviensis, medicinalem artem Patavii didicit: praeceptore usus *Hieronymo Mercuriali*, Exstat: de *Venenis, et Morbis Venenosus*, Tractatus locupletissimus, variaeque doctrina refertus, non solum Medicis, verum etiam Philosophis magnopere utilis: ex voce Excellentissimi *Hieronymi Mercurialis* Foroliviensis, in Gymnasio Patavino primo loco Medicinam Practicam profitentis, per *Albertum Scheligium* ** Varsaviensem diligenter et fideliter exceptus, inque Libros digestus ***. Cum licentia et Privilegio. *Venetiis*, apud *Paulum Meietum* Bibliopolam Patavinum, MDLXXXIV, forma 4 maiori publicatus ****. *Szeliga* ille, adolescens animi et ingenii magna expectatione, in patriam vix reversus, viii Idus Aprilis MDLXXXV de vitae statione decessit: referente *Simone Starovolscio*, in Monumentis Sarmatarum, (p. 253.

- * Sic à Polonis hoc nomen scribitur: quod ab ipsis *Scheliga* pronuntiatur.
- ** *Seligium* in Epitaphio suo dictum.
- *** *Stephano Bathoreo*, Poloniae Regi et Lituaniae Magno Duci, Transylvaniaeque Principi, ab Editore dedicatus.
- **** *Francofurti* apud Haeredes *Andreae Vecheli* eodem adhuc anno, et *Basileae* apud *Conradum Waldkirchium* anno MDLXXXVI, forma 8: *Venetiis* autem apud *Juntas* MDCL, forma 4, iterum editus.

CLII.

a. **P**ETRUS DUNIN SZPOT Comes de Skrzywno, Praefectus Petricoviensis *Maximiliani* Archiducis Austriae, Regis Poloniae haud legitime renunciati, partes secutus: Declarationem idiomate quidem Polonico conscriptam, sed propter externas Nationes in sermonem Latinum translata: *Quali Polonia indiget Rege?* Pragae, typis *Georgii Nigrini*, anno MDXC, forma 4 promulgavit. Quae Berolini in Regia *, *Varsaviae* autem in *Zalusiana* Bibliotheca invenitur.

- * *Historiae ac litteraturae Polonicae scriptoribus* raris ditissima; *Comite Zaluscio*, Episcopo Kioviensi, in Librorum Rarissimorum alienis in Bibliothecis a se ipso. deprehenso- rum et perlectorum, Catalogo, p. 4^{to} annotante.

b. IGNATIUS DUNIN SZPOT, è Societate JESU Provinciae Polonae, Saeculi hujus initio in Urbe Roma nationis Polonae Poenitentiarius Apostolicus fuit. Historiam Interregni Poloniae, post Joannis III Regis, MStam reliquit. Quae Vilnae in Bibliotheca Sapiéhana servatur ***.

** Testante *Eberto*, Bibliothecae illius Praefecto, in Epistola ad me scripta d. xii Julii MDCCXLIX.

*** Selectiora è *Sapiéhano* Exemplari excerpta Varsaviae in Regia, inque *Zalusiana* Bibliotheca reperiuntur.

CLIII.

AULUS TARŁO, loco illustri in Roxolania natus, SIGISMUNDO Seniore regnante, ut Judex Terrae Leopoliensis et Tribunus Striensis, Civibus suis Militem strenuum, simulque eruditorum hominum in Roxolania Maecenatem munificentissimum * sese ostendit.

* Quo nomine eum, in *Ianocianorum* Volume I, num: xiv, p. 34, et 38 sq, occasione monente, laudavimus.

Sacris deinceps ordinibus initiatus: ut Premisliensis Decanus, Cracoviensisque Canonici Cathedralis, in Ecclesia

atque Republica tam excellenter se ge-
 sit, ut SIGISMUNDUS AUGUSTUS Rex di-
 gnum ipsum indicaret, quem Leopoli-
 ensi Ecclesiae Metropolitanae Archiepi-
 scopum praeficeret. Quo in munere
 grandi, à Pio Quarto Pontifice Maximo
 confirmatus: totius Leopoliensis Pro-
 vinciae Metropolitanae Synodum cele-
 bravit. De qua *Jacobus Scrobissevius*
 Metropolitanus Canonicus Leopoli-
 sis, in *Vitis Archiepiscoporum Hal-
 ciensium*, p. 92 sq, posteritati haec si-
 gnificavit: „*Tarlone* illius tempore,
 „ Synodus Provincialis † Leopoliensis
 „ Provinciae celebrata est, anno Domi-
 „ ni 1564 die 8 Novembris: praesiden-
 „ tibus ei *Joanne Francisco Commem-*
 „ *dono* Patritio Veneto, Episcopo *Za-*
 „ *cynthi*, *Pii IV.* Papae Legato, ipso-
 „ que *Paulo Tarlone* Archiepiscopo
 „ Leopoliensi: praesentibus *Joanne Sta-*
 „ *rozrebscio* Episcopo Chelmensi, *Al-*
 „ *bertoque Pilsnensi Valentini Herbur-*
 „ Premisliensis et *P. Borzymirscio* Dio-
 „ *nysii Secygniovii* Camenecensis Epi-
 „ scoporum, atque Capitulorum *Suf-*
 „ *fraganeorum* Ecclesiarum Nunciis, cum
 „ facultatibus ad hanc Synodum missis.
 „ In ea Synodo Concilium Tridentinum
 „ à Provincia Leopoliensi receptum est:
 „ constituta et alia multa, quae ad orna-
 „ mentum et incrementum Metropoli-

hujus pertinere videbantur. Exstant
 ea connotata †† in Actis Capituli Leo-
 poliensis. Quaecunque autem in illa
 Synodo Provinciali piè et prudenter
 fuerint constituta, ut in Dioecesi Leo-
 polienſi ad effectum debitum perdu-
 cerentur: Synodus Dioecesana ††† sub
 Amplissimo Archipraesule *Joanne De-*
metrio Solikovio anno 1583 habita,
 Cap. 7 mandavit; ubi Provincialis Sy-
 nodi nonnulla Decreta referuntur.,,

*Inter viros doctos, *Petrum Skargam*, Theo-
 logum et Oratorem insignem, tum inprimis
 amavit: eumque Metropolitani Leopoli-
 sem Canonicum, et Rohatinensem Praepo-
 situm creavit. Qui, mortuo *Tarlone* Archi-
 praesule Romam profectus, Societati Jesu
 nomen dedit: indeque in patriam reversus,
 post alia officia gravia, apud *Stephanum*
Bathorem et *Sigismundum Tertium* Po-
 loniae Reges, Concionatoris ordinarii partes
 egit: et Ecclesiam Romanam Catholicam operi-
 bus plurimis, partim Latino, partim vernaculo
 sermone editis, adversus heterodoxorum im-
 petus acerrime propugnavit.

† Dioecesana perperam a *Niesiecio* atque *Rze-*
pnicio dicta: silentio à Comite *Zaluscio*,
 Antistite Kioviensi, in Conspectu Edendi Sy-
 nodici Poloniae Orthodoxae praetermissa

†† Publicam in lucem nunquam prolata.

††† Quàm, calamo accurate et eleganter per-
 scriptam, *Zaluscius* Praesul Leopoli in Ta-

bulario Ecclesiae Metropolitanae ipse deprehendit: Conspectu Synodici à se iam divulgato.

Venit ad Provinciale Synodum Leopoliensem *Stanislaus Orichovius* Roxolanus, qui Decani Premisliensis dignitate sacerdotiisque aliis in Roxolania nobilissimis ultro dimissis, *Magdalenam Chelmsciam* virginem nobilem et pudicam, uxorem duxerat: ex eaque liberos aliquos procrearat; propter quod supplex *Commendonum* †† Legatum Pontificium imploravit, ut qua praeditus esset vicaria auctoritate Apostolica matrimonium suum ratum ††† habere ac firmum declarare vellet.

†† Cuius iussu tunc *Orichovius* de vita sua Commentarium proprium composuit. Quem imperita manu exaratum, publica Bibliotheca *Zalusiana* possidet.

††† Utrum *Commendonus* precibus *Orichovii* annuerit, haud constat.

TARLO quidem ipse Archiepiscopus Leopoliensis, cum Roxolanorum omnium ingenti dolore, vitam deseruit xii Kalendas Februarias MDLXVI: Archiepiscopalis muneris quinquennio vix transact. Legi de eo debent *Jacobus Scrobbisevius*, in Opere supra à nobis adducto, p. 91—94: et *Christianus Theophili*

lus Friesius, in opusculo Gallico, De Leopoliensi Ecclesia Metropolitana et ejus Archiepiscopis, p. 45 sq: *Casparque Niesiecius*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 307: sq. atque *Franciscus Rzepnicius*, in Vitis Praesulum Regni Poloniae, Tomo I, p. 221—223.

CLIV.

a. **AUGUSTI** Secundi principatu, **PETRUS TARLO** Livoniensem primum et deinde Posnaniensem * Ecclesiam Episcopus rexit. I-que Epistolam Pastoralem ad Sanctimoniales Dioecesanarum suas, lingua Polonica ** datam, Varsaviae è typographia Regii Collegii Scholarum Piarum, MDCCXXI, folii magnitudine egredi in publicum iussit. Anno subsequenti, morte imminuta obiit. Cui *Joannes Tarlo* aetate multo provector, in Posnaniensi *** Episcopatu successit. Qui binis Epistolis Pastoralibus, ad Clerum et Populum Dioecesis Posnaniensis: una ****, vi Augusti MDCCXXIII: altera, vi Junii MDCCXXIV: Latino sermone conscriptis, Varsaviaeque è typographia Regii Collegii Scholarum Piarum forma 4 editis, Christianae Reipublicae innotuit. Naturae debitum ille reddidit Vindobonae MDCCXXXII: reverens ex Urbe Roma, quam veterum Epi-

scoporum more, propter invisenda SS.
Apostolorum limina, adierat.

* Paradisiensem simul Abbatiam perpetuo ministravit. Pauca de eo dixerunt *Caspar Niesiecius*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 310: et *Franciscus Rzepnicius*, in Vitis Praesulū Regni Poloniae, Tomo II, p. 162.

** Latine etiam in Medium producta: *Comitatus Zaluscio*, Episcopo Kioviensi, in Conspectu Edendi Synodici Poloniae Orthodoxae, p. 15, annotante.

*** Kioviensi prius Ecclesiae Antistes praefuit. Ejus Acta *Carolus Nepomucenus Orlovius*, in vernaculo Chronico Palatinatus atque Episcopatus Kioviensis, p. 103 sq. et *Christianus Theophilus Friesius*, in Commentatione breviori de Episcopatu Kioviensi, ejusque Praesulibus, p. 96: *Caspar* quoque *Niesiecius*, in Operibus adducti Tomo IV. p. 313: atque *Franciscus Rzepnicius*, in Operis sui Tomo II, p. 162 sq. attigerunt.

**** A *Zaluscio* Episcopo, in Conspectu Synodici, omitta.

b. Floruit sub AUGUSTO Tertio Regi JOANNES TARLO, Sandomiriensis Palatinus, Terrarumque Podoliae generalis Praefectus, et Ordinis Aquilae Albae Eques: nobilium iuvenum Musis operantium fautor atque adiutor maximus: vernaculae eloquentiae fama ipse cele-

berrimus. Cuius, in Polonia Litterata
Nostri Temporis, p. 134 meminimus.
Fusius de Heroe illo *Caspar Niesiecius*,
in Genealogici Operis sui Tomo IV, p.
315 sq, est locutus.

CLV.

STANISLAUS à Sternberg **TEMBERSKI**,
Nobilis Poloniae Minoris, aetate flori-
da, rhetoricam caeterasque artes libera-
les in Academia Cracoviensi publicè tra-
didit. Deinde Jedlini, Sandomiriensis
Satrapiae civitate, Gymnasium *Wito-*
wscianum rexit. Cracoviensem in Aca-
demiā revocatus, profitendis altiori-
bus disciplinis vitam reliquam impendit.
Ibidemque, ut Collega Major, post Ca-
nonicatus tenuiores, Premisliensem Ca-
thedralem * haud spernendum nactus est.

* Quem Cracoviensis Senatus Academicus, se-
cundum ALEXANDRI Poloniae Regis privi-
legium, confert.

Coeptam, à *Sebastiano* atque *Joan-*
Innocentio Petriciis, suorum tempo-
rum Historiam Polonam, *Temberscius*
noster continuavit. Illius tamen laboris
specimen nullum in lucem emisit. An-
no autem MDCCLXIX, Cracoviae in Offici-
na typographica *Stanislai Piotrkowczyk*,

opuscula bina ** folii magnitudine evulgavit: quibus Augustae Domus Coributeae *Wisniowieciana* historiam cupit illustrare. Unum *Palmes Coributeae* inscribitur. Alterius titulus est: *Chronologia Synoptica Palmitis Coributeae Historico Sensu producta*. Opus utrumque, *Michaeli Coributo Wisniowieciani Regi Poloniarum*, ejus inaugurationis die, à *Temberscio* ipso fuit oblatum.

** Rarius nunc obvia,

Laudationes funebres *Caroli Ferdinandi Principis Regii, Vratislaviensis atque Plocensis Antistitis: Petrique Gebicii, Praesulis Cracoviensis: et Ludovicae Mariae Gonzagae, Reginae Poloniae: totius Academiae Cracoviensis nomine*, à *Temberscio* editas: *Panegyricamque Orationem, in Michaelis Augusti Poloniae atque Eleonorae Archiducis Austriae Nuptiis*, pari ratione ab ipso *Temberscio* publicatam: *Caspar Niescius, Societatis Jesu Presbyter, in vaticuli Operis Genealogici Tomo IV, 348 sq, ex eoque Princeps Josephus Alexander Jablonovius, Novogrodensis latinus, in Museo Polono, p. 252 sq, divulgavit. Quibus, Panegyricus Sermo gubris in Vladislai IV Polonorum Suecorum Regis excessu, à Temberscio*

eodem quarto Nonas Januarias, MDCXLIX,
 Varsaviae sine typographi significatione,
 forma 4 foràs datus, praemitti debebat.

CLVI.

NICOLAUS TRABA * Polonus, è *Tuba-*
tum ** domo vetustissima generatus, ob
 animi atque ingenii dotes eximias, *Vla-*
dislao Jagelloni Polonorum Regi et Li-
 tuanorum Duci Supremo, ante alios
 omnes fuit carissimus. Sacerdosque fa-
 ctus, mox à Rege illo Divi *Floriani*
 praeposituram apud Urbem Cracoviam,
 inde Procancellarii Regni ministe-
 rium, porrò Haliciensem *** Archiepi-
 scopatum, brevique post Gnesnensem
 archipraesulatum obtinuit. Legatus prae-
 ereà maximus à *Vladislao* eodem Rege
 generale Concilium Constantiense
 missus: universae Ecclesiae Polonicae
 primatum **** ex eo reportavit.

* Sic clarissimum illud nomen idiomate patrio
 scribitur. A *Martino Cromero*, Episcopo
 Varmiensi, Latine ac Polonice doctissimo,
 Latinis litteris *Tramba* exprimitur. Hoc
 quidem aevo, à Nostratibus eruditissimis
Tromba pronuntiatur. Nos tamen cum
Cromero, viro semper principe in Ecclesia
 et Republica Polona, loqui malumus.

** Trium nigrarum in campo albo.

*** Roxolaniae Archiepiscopatum Leopoli conditum, ab hac Urbe nomen accepisse: inde verò Haliciam translatum, à Civitate illa cognominatum fuisse, donec in sedem antiquam restitutus, pristinum nomen recuperaverit, propter externos Lectores, rerum Polonicarum non satis gnaros, annotamus.

**** A Joanne Dlugosso, Gnesnensi Metropolitano, Cracoviensiq[ue] Cathedrali Canonico *Nicolai Trambae*, Gnesnensis Archiepiscopalis, temporibus ferè aequali: in Annalibus Regni Poloniae, sub anno mccccxvii, p. 38 haec narrantur: „*Nicolao Tramba* Archiepiscopo Gnesnensi absente: *Wladislaus* Rex novam nuptam suam *Elisabeth*, *Joannem Rzeschowski* Archiepiscopum Leopoliensem, in Ecclesia Cracoviensi coronari procurat. Coronationem autem hujusmodi *Nicolaus* Gnesnensis Archiepiscopus, quod ministerio Archiepiscopalis Leopoliensis expleta fuerit, molestè ferre veritus, ne et sua Ecclesia, ejusque Privilegia, processu temporis excluderentur Primatu; Concilii Constanciensis solent Privilegio et Decreto, Primatem se Polonicae Ecclesiae declarari obtinuit. eoque tempore ipse, et suus quilibet successor, se Ecclesiae Gnesnensis Archiepiscopum et Primatem. „ Privilegium tamen *Nicolao* Archiepiscopo datum neque à *Dlugosso* Canonico illo, patrio Annalium scriptore: neque à *Stanislao* Cracovio et *Andrea Olszovio* Archiepiscopis

ipsis, Ecclesiastici et Senatorii Primatus in Regno Poloniae assertoribus, producitur. Quod, in ipsis quoque Actis Sacri Generalis Constantiensis Concilii, Regiae Parisiensis Collectionis Maximae Tomo VIII, p. 211 — 944 inditis: inque Magnis Bullariis Romanis: atque etiam in Statutis Provincialibus, à *Nicolao Tramba*, Sanctae Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis Archiepiscopo et Primate promulgatis, frustra quaeritur. Statutis autem Novis Inclytae Provinciae Gnesnensis, tempore felicitis praesidentiae Reverendissimi Domini *Joannis de Lasko*, Sanctae Ecclesiae Gnesnen: Archiepiscopi Primatis Legatique Nati: consensu omnium Reverendissimorum Dominorum Coëpiscoporum et totius Cleri, in diversis Synodis Provincialibus, confectis et approbatis: Cracoviaeque, ex Officina *Mathiae Scharffenberg*, anno Dominicae Incarnationis MDXXVIII, forma 4, conjunctim: in publicum editis: fol. x b sq inserta est Bulla Apostolica Legationis Natae, à *Leone* Papa X, ad magnam instantiam *Sigismundi* Poloniae Regis, *Joanni de Lasko* moderno et pro tempore existenti Archiepiscopo Gnesnensi, ejusque successoribus, in Secundo Concilio Lateranensi, anno Millesimo quingentesimo decimo quinto Idus Julii concessae. In qua, Metropolitana Gnesnensis Ecclesia, una in toto Regno Poloniae principalis vocatur: cui omnes aliae Ecclesiae dicti Regni Metropolitico jure, ac etiam Metropolitana Leopoliensis in Terris Russiae ad

Regnum ipsum pertinentibus sita Primatialibus
jure, sint subjectae.

Nicolaus ipse *Tramba*, Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopus et Primas, post reditum in patriam suam, *Martini* Quinti Pontificatu, totius Provinciae Gnesnensis Metropolitanae Synodum †, Vielunii Gnesnensis Dioeceseos oppido haud ignobili, in Ecclesia Parochiali S. *Michaelis* inchoavit ††: merseque Septembri anni mccccxx †††, Castellii Gnesnensis Dioeceseos civitate florantissima, in choro Ecclesiae Collegiatae B. *Mariae* Virginis continuavit atque absolvit: praesidente illo ipso Reverendissimo in Christo Patre ac Domino *Nicolao*, Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepiscopo et Primate: Reverendissimis item in Christo Patribus ac Dominis *Alberto* (a) Cracoviensi, *Jacobo* (b) Ploceensi, *Andrea* (c) Posnaniensi, et *Nicola* (d) Vilmensi Episcopis, eorumque Capitulis: Reverendissimorum etiam Prælatum ac Dominorum, *Conradi* (e) Vranislaviensis atque *Joannis* (f) Lubusensis Episcoporum, Nunciis et procuratoribus: necnon venerabili viro *Clemente* Abbate Monasterii de *Mcgila* Ordinis Sancti *Benedicti*, multisque aliis Prae-
latis tam religiosis quam saecularibus et Clero universae Provinciae Gnesnensis.

is, in Spiritu Sancto legitime ibi con-
regatis.

† Cui *Joannes Rzeszovius* Archiepiscopus *Leopoliensis*, cum Suffraganeis Provinciae suae, interesse adhuc detrectavit.

†† Anno haud significato.

††† Sub finem Statutorum notati.

(a) *Jastrzembicio*.

(b) *Kurdwanovio*.

(c) *Lascario*.

(d) *Boriovio*. Qui anno *MCCCXIV*, vita jam defunctus, à *Koialoviciis* utrisque, *Niesiecio*que atque *Rzepnicio* perperam traditur.

(e) Ducis *Silesiae Legnicensis* et *Olsnensis*.

(f) *Valdovii* cognomento *Senioris*, Nobilis *Brandenburgici*.

Statutorum veterum in Synodo illa
rectorum: novorumque sancitorum
index, pro discreto domino *Andrea*
Plolemano in *Potholz* anno à Navitate Do-
mini Millesimo quadringentesimo quin-
quagesimo nono, foliis integris eleganter
descriptus, nunc *Varsaviae* servatur in
Publica Bibliotheca †† *Zalusiana*. Ex-
stantque ibidem Editiones binae, inter
quas una artis typographicae, sine anni, lo-
ci et typographi indicibus, forma 4.
excusae. Praefert una hunc titulum:
Statuta provincialia toti provincie *Gnesuensis*
valentia: auctoritate apostolica edita ut

clare patet ex bullis summor: pontificum
 insertis. Altera ad hunc modum inscribitur:
 Statuta provincialia toti provincie Gnesnensis
 si. Poznan. Bratislaviensis. Cracoviensis. etc.
 ris et singulis episcopatibus sub archiepiscopo
 patu contentis valentia. auctoritate apostolica
 edita ut clare patet ex bullis summor:
 pontificum hic insertis.

†† Locum tenens *Bogorii* Archipraesulis
 nodico proximum. Codici illi MSto, Editionibusque omnibus praefixum est *Nicolaus*
 Dei gratia Sanctae Gnesnensis Ecclesiae Archiepis-
 chopi et Primatis Mandatum, ad universum
 Clerum Provinciae Gnesnensis. cum Bullis
 Apostolicis *Joannis* Papae XXIIII et *Martini*
 Papae V. In quibus, *Nicolaus* Archiepiscopo,
 Provincialis Synodi celebranda et Statutorum
 veterum sive modificandorum sive minuendorum:
 novorumque addendorum: facultas data est.

Eadem in Bibliotheca reperiuntur Statuta Synodalia antiqua dioecesis Bratislaviensis,
Joannis Turzonis Episcopi iussu, *Francisci* autem *Kloß* Bratislaviensis
 Bibliopolae sumtu, Norimbergae Hieronymum
Hölzel, anno domini MDLXXXIV in forma 4,
 typis exscripta. Quibus

— *Nicolai Trambae*, Gnesnensis Archiepiscopi et Primatis, Statuta provincialia toti provincie Gnesnensi. Poloniam. Bratislaviensem. Cracoviensem. ceteris et singulis episcopatibus sub archiepiscopatu contentis valentia etc. Integra, sunt indita. Inveniturque Editio peculiaris, a Rudolpho Agricola Juniore, Cracoviensis Academiae Professore, apud Joannem Haller, Consulem et Typographum Cracoviensem, MDXVIII, 4, adornata. Adsunt etiam *Trambae* eadem Statuta Provincialia: Joannis de Lasko Archiepiscopi Primatis Legatique Nati ordinatione: Cracoviae expensis *Marci Scharffenberg*, per *Mathiam Scharffenbergk*, anno Dominicae Incarnationis MDXXVIII, forma 4, omnium emendatissime in lucem reducta †††.

††† Quibus tum, Joannis ipsius de Lasko Archiepraesulis, Statuta Nova Inclytæ Provinciae Gnesnensis, accesserunt.

Constitutionum Synodaliū Metropolitanæ Ecclesiæ Gnesnensis Provincialium, tam vetustarum, quam recentiorum, collectioni *Carncovianæ* atque *Wenzykianæ*: *Nicolai Trambae* Archiepiscopi Statuta Provincialia, secundum

dum materias, partitim sunt inserta. Conciliorum autem Collectionis Regiae maximae Parisiensis Tomo VIII, p. 991-994, Statuta Synodi Provincialis habitae in choro Ecclesiae Collegiatae in Gnesna, Gnesnensis Dioecesis, anno Domini mccccxx, è Manuscripto manente quod ad *Nostitium* quendam Herculei Silesium pertinuit, sunt recensita.

Is *Tramba* Archiepiscopus et Primas, in Legatione Hungarica, rebus humanis exemptus est, Pridie Nonas Decembres anni mccccxxii. Ejus corpus ab ipsius familiarissimis, honorifice patriam delatum: Gnesnaeque in Ecclesia Metropolitana, ante sepulchrum *Adalberti*, more solemni conditum. Memorabiles res ab eo domi forisque gestas, *Joannes Dlugossus* haud indolenter exposuit, in editis Annalibus Regni Poloniae, sub annis mccccix p. mccccx, p. 248 sq: mccccxi, p. 312, et mccccxiv, p. 358—360: mccccxvi, p. 378. mccccvii, p. 382 384 et 387: mccccxviii, p. 391, et 393: mccccxx, p. 410 — mccccxxii, p. 450 sq, 466 et 467: inquit Vitis Archiepiscoporum Ecclesiae metropolitanae Gnesnensis MSStis, p. 101. E quibus hausta sunt omnia, quae cunque *Martinus Cromerus*, in Polonia, sive De Origine et Rebus Gestis

Polonorum, Lib. xvi, p. 270 b: xvii, p. 274 a, et 279a: xviii, p. 284b: *Jacobus Skrobiszevius*, in vitis Archiepiscoporum Haliciensium et Leopoliensium, p. 68—70: *Christianus Theophilus Friesius*, in Gallico Opusculo suo, De Leopoliensi Ecclesia Metropolitana et ejus Archiepiscopis, p. 35 sq, *Stephanus Damalesvicius*, in Serie Archiepiscoporum Gnesnensium, p. 220—225. *Stanislaus Buzenscius*, in Vitis Archiepiscoporum Gnesnensium et Regni Poloniae Primatum nondum editis, p. 436—452. *Jacobus Infantius*, in Historia Concilii Constantiensis Gallice scripta, Tom. II, Lib. p. 458, et 536, Lib. VI, p. 578—580: *Aspar Niesiecius*, in vernaculi Operis genealogici Tomo iv, p. 373 sq: *Franciscusque Rzepnecius*, in Vitis Praesulum Regni Poloniae, Tom. I, p. 76—79, de ramba illo proferunt. In Actis †† Sacri Generalis Constantiensis Concilii supra adductis, p. 275, 276, 480, 809, 899, et 93 sq: inque Fastis Magni et Memorabilis Concilii Constantiensis, ab *Hermann* von der *Hardt* in Compendium extractis †††**, p. 19, 20, 27, 36, 41, 49, 51: itemque in Magni Oecumenici Constantiensis Concilii, è veteris ejus vi Manuscriptis fide dignissimis, ab *Hermann* illo von der *Hardt* recensiti, Tomi Quarti Parte II, p. 39: viii, p. 548: x3

p. 1091: XII, p. 1513 sq, 1531 sq, 1550
1560, et 1583, *Nicolai Gnesnensis*
chiepiscopi, causas Ecclesiae suae,
gisque Poloniae, et Nationis Polonicae
ibi agentis, fit mentio.

††* *Abrahamus Bzovius*, in *Annalium Ecclesiasticorum*, post *Caesarem Cardinalem*
ronium continuatorum, Tomo xv, recens
Acta Constantiensis Concilii: sub
mccccxv, num: LI, p. 480 sq et mcccc
num: xli, p. 526, aliqua de *Nicolao Archiepiscopo*
Cnesnensi, secundum *Cromerum*
intexuit.

†††* *Magni Oecumenici Constantiensis Concilii*
cili Tomo Quarto praemissis.

Haec, de Praesule tanto, in summa aegritudine animi corporisque dictavit *Janocius*
Qui ejus amorem singularem in litterarum
viros litteratos, silere nunc debuit.

CLVII.

VARMIENSIS Ecclesiae Cathedra
Monumenta *, ex Cippis Sepulchralibus
et Tumulorum Inscriptionibus collectis
et annotationibus necessariis illustratis
per C. I. S. Ecclesiae ejusdem Vicarium
anno Domini MDCCXXXVII: accurate
Autographo descripta: Varsaviae, in
Zaluscianis Codicibus MSSis, forma
sub numero MMXLVII inveniuntur

missa huic operi est: Sacrorum Locorum in Dioecesi Varmiensi notitia singularis, per eundem auctorem.

* Publici juris nondum facta. In quibus multa occurrunt, quae litterariae historiae illustrandae inserviunt.

CLVIII.

NACORSI VARMISII*, De Origine Gentis Polonae, et de primis Ducibus Poloniae, Chronici** vernaculi *Visimiro**** Principi Polonorum dedicati Fragmentum, è Saeculi superioris Codice****, manu recentiori, foliis integris exscriptum: quasi vetustissimae historiae ac litteraturae domesticae monumentum praecipuum, Varsaviae in *Zalusciano* museo secretiore ante annos *xxix* adhuc servabatur. A *Kioviensi* deinde Episcopo, *Josepho Andrea Zaluscio*, Senatoris cujusdam ac Litteratoris inclyti rogatu crebro et importuno, ad describendum, ei concessum fuit. Qui, ut Antistiti redderet, nec blandis, nec asperis monitionibus potuit permoveeri. Carere tamen orbis cultus poterit nugis illis, sine litterarum detrimento; sic olim Pontifice *Cracoviensi* eruditissimo et sagacissimo, *Andrea Stanislao Kostka Zaluscio* iudicante, qui Fragmentum

tum illud summa diligentia perlegerat
atque examinaverat, Chroniconque
psum a Monacho aliquo, non quidem
indocto, sed antiquitatis patriae prorsus
experto atque ignaro, confictum
tabat.

* Qui lingua Polonica *Nakors Warmisz* vocatur.

** Fusius de hoc Chronico Praesul Kioviensis in *Programmate Litterario* anni MDCCXV de *Bibliotheca Polono — Litteraria Universali Conscribenda*, Polonica edito, p. 17 sq: Latine autem per *Georgium Petrum Schultz*, Gymnasii Thoruniensis Professorem verso, p. 27 sq est locutus. Cujus verbum nos in *Specimine Catalogi Codicum MSSorum Bibliothecae Zaluscianae*, num: CLXXV p. 60 sq repetivimus.

*** Regnanti post medium Saeculi vi.

**** Lublini in Bibliotheca Coenobii Ordinis Praedicatorum existente: prout ipse Episcopus Kioviensis, *Catalogi omnium et Singulorum Codicum MSSorum Publicae Bibliothecae Zaluscianae*, propria manu sua exarati, Tom. II, fol. 509a, sub *Nakors Warmisz* annotavit.

CLIX

JOANNES VARTA *: sic à loco natali. *radiensis* Satrapiae oppido **, appellatum *Lexicon Latino Polonicum*, Tironibus

perutile, *Cracoviae* apud Haeredes *Jacobi Sibeneicheri*, anno Domini MDCXVI, forma luci publicae exposuit. Quod à *Stephano Damalevicio Varta*, in *Historia Ecclesiae Collegiatae Lascensis MSSa*, p. m. 45 praebita occasione fuit laudatum: Comite autem *Zaluscio* ***, Episcopo *Kioviensi*, in *Bibliotheca FF. Eremitarum Camaldulensium Montis Argentei prope Urbem Cracoviam*, deprehensum.

* Litteris Polonicis *Wartha*.

** Cui à *Varta* fluvio alluente nomen est impositum.

*** Librorum rarissimorum, alienis in *Bibliothecis*, ab ipso visorum ac perlectorum *Catalogo*, p. 42, nos docente.

STEPHANUS DAMALEVICIUS VARTA,
Historicus Polonus: vide *Damalewicz*.

CLX.

JOANNES VASTOVIUS *, Suecus doctissimus, SIGISMUNDI III Poloniae et Sueciae Regis Eleemosynarius atque Bibliothecarius ** fuit. Regisque illius commendatione, a PAULO V Romano Pontifice Maximo *** *Varmiensem*, à *Ferdinando II. Imperatore* autem *Vratislaviensem* *Canonicatum Cathedralem* accepit.

* *Vastorius* à *Joechero*, in *Lexici Biographici*

Litterarii Universalis Tomo IV. p. 1466
vitiose nominatus.

** Hujus muneris collegam, *Gregorium Bor-*
stum, Suecum itidem eruditissimum, habuit.
De quo satis dictum est, in Excerpti Poloni-
cae Litteraturae Volumine I, num: VI, p.
21 sq.

*** Ab eodem Pontifice Protonotarii Aposto-
lici honorem obtinuit.

Vastovius ille *Vitem Aquiloniam*
sive Vitas Sanctorum Regni Sueco-Got-
hici: SIGISMUNDO Regi piissimo ac bene-
ficentissimo dedicatas: Coloniae Agrippi-
nae *** apud *Antonium Hieratium*
MDCXXIII, folii magnitudine emisit. Qui
Suecorum polyhistor celebris, *Ericus*
Benzelius Junior, Upsaliae apud Jo-
nem *Henricum Wernerum*, Typogra-
phum Regium atque Academicum
MDCCVIII, forma 4 multo correctiores
que auctiores in lucem reduxit.

*** Coloniensis Editio adeo rara est, ut a *Benzelio*, in externis Bibliothecis instructis-
mis, frustra sit quaesita. Extat tamen Romae
in *Barberina*, et Oxonii in *Bodleiana*. Et
stititque Lutetiae Parisiorum in *Thuana*.
Iulianae Bibliothecae Exemplar, Praes-
cuiusdam Theologo, *Officia Propria*
Patronorum Regni Poloniae et Svec-
emendaturo, concessum, perit.

Post SIGISMUNDI III Regis obitum, Vastovius ad Varmiensem Ecclesiam Cathedralē sese recepit: ubi xv Kalendas Julias, MDCXLII, anno LXVI, morte extinctus, et sepultus est; Ecclesiae ejusdem *Monumentis Sepulchralibus* MSStis p. 42 sq. testantibus.

CLXI.

EMMANUEL de VEGA Lusitanus, Societatis JESU Presbyter, à *Petro Skarga* Masovio, ejusdem Societatis iam Sacerdote, ex Urbe Roma Vilnam Lituaniae Metropolim adductus est. Ubi, in Academia recens condita, docendae theologiae polemicae provincia ei obtigit. Auditores lectissimos habuit. E quibus *Andreas Jurgiewicz* Lituanus, Vilmensis Canonicus Cathedralis, Praesulisque * *Georgii Ducis Radivili* Familiaris intimus, editis polemicis opusculis suis, in Republica Christiana et Litierata nomen clarum ac celebre est consecutus.

* Postea S. R. E. Cardinalis, Cracoviensisque Antistitis.

VEGA ipse, praeter disputationes aliquas Vilmensi in Academia contra theologos heterodoxos illius tempestatis habitas **, opus elegans atque eruditum

: *De Vero et Unico Primatu Divi Petri Apostolorum Principis*, Sacrosanctorum Ecclesiae Patrum testimoniis, atque Oecumenicorum Conciliorum decretis comprobato. *Vilnae*, typis et impensis Illustriss. Dni, D. *Nicolai Christophori Ducis Radivilii*, Supremi M. D. L. Mareschalci, anno MDLXXX, forma 4 publicavit. Quod olim Nesvisii, in Principum *Radiviliorum* Bibliotheca, peregrinatoribus doctis et illustribus, tanquam cimelium praecipuum ostendebatur*. Auctor, Romam reversus: ibidem nonagenario maior, anno Salutis MDCXL, fato defunctus est.

** Has: à *Philippo Alegambe* in Bibliotheca Scriptorum Societatis *JESU*, p. 103, atque à *Nicolao Antonio*, in Bibliothecae Hispanae Tomo I, p. 274 indicatas: Varsaviae publica Bibliotheca *Zalusiana* possidet.

*** *Philippo Alegambe* atque *Nicolao Antonio* prorsus ignotum.

**** Annotante Comite *Zaluscio*, Episcopo Kioviensi, in Librorum rarissimorum, alienis in Bibliothecis, à se ipso visorum et perlektorum Catalogo, p. 42 b.

CLXII.

ERASMUS VITELLIUS, Plocensis Praesul: vide *Erasmus*.

PAULUS VOLADIMIRUS, Cracoviensis Ecclesiae Cathedralis Custos et Canonicus : Cracoviensisque Academiae Theologus atque Jurisconsultus, ineunte Saeculo xv celeberrimus: vide *Wladimiri*.

VOLHYNIAE Ducatus, et Lituaniae Magni Ducatus Statutum * sermone Ruthenico: SIGISMUNDI AUGUSTI Polonorum Regis, Magnique Lituano Ducis iussu, Vilnae anno Salutis MDXXX conscriptum, ibidemque anno MDLXVI correctum: antiquitatis et litteraturae Ruthenicae monumentum sane singulare: Varsaviae nunc inter *Zalusianos* Codices MSSStos, folii magnitudine, sub numero cccxi est repositum. De quo legere oportet *Matthiae Stryicovii*, Chronicon Lituanicum, lingua Polonica Reiomonti Prussiae divulgatum, p. 756, Varsaviaeque denuo editum, p. 742: *Alberti Koialovicii*, Historiae Lituanae Partis Secundae, Librum viii, p. 391: *Davidis Braunii*, Catalogum Criticum Scriptorum Poloniae, p. 7: *Zaluscii*que Antistitis Kioviensis, Catalogi Codicum MSSStorum publicae Bibliothecae suae, Tomum II, fol. 43ob.

* Id ipsum Statutum Ruthenice, regnante Sigismundo Augusto, Brestae Lituano-
rum;

cura et impensa *Nicolai Ducis Radivi*,
Vilnensis Palatini et Supremi Cancellarii
Magni Ducatus Lituaniae: opera autem arte-
 que *Bernardi Woiewodkae*, Civis et Ty-
 pographi *Cracoviensis*: circa annum MDLXIV,
 folii magnitudine, publicam in lucem pro-
 diisse fertur. Exemplar tamen taliter excu-
 sum *Zaluscio* Antistiti, indagatori tam acri,
 nullibi obvenit.

CLXIII.

JOANNES URSINUS *Cracoviensis*: *Joanne*
Alberto et *Alexandro* regnantibus:
 clarissimus in Academia patriae suae
 Medicus ac Jurisconsultus, Oratorque
 exstitit. Usus est *Philippi Callimachi*
Hetrusci, Administri Regii, amicitia
 atque familiaritate singulari. *Erasmum*
Ciołek Cracoviensem, discipulum ha-
 buit: qui, vivo adhuc *Ursino*, ab *Alex-*
xandro iam Rege Nobilis Polonus atque
 Episcopus *Plocensis* creatus fuit.

Servatur *Varsaviae* in *Zaluscianae*
 Bibliotheca publica: Modus *Epistolandi*
eximii Medicinae Doctoris et legum licenciatum
Joannis Ursini Cracoviensis: cum episto-
 lis exemplaribus, et orationibus * annexis
Cracoviae mccccxvi, per *Joannem Hae-*
ter, dissimulato nomine suo, forma

excusus: perque eundem, MDXXXII, signo ac nomine suo apposito, forma simili repetitus. *Ursini* illius Opera Medica ac Juridica, calamo exarata, Cracoviae in Bibliotheca Academica latitant.

- * In quibus principatum eae tenent, quas *Ursinus*: *Joanne Alberto* Poloniae Rege, et *Alexandro* Lituaniae tum Magno Duce, *Fridericoque* Cardinali Archiepiscopo Gnesnensi atque Episcopo Cracoviensi, praesentibus: de virtutibus ac vitiis *Sallustii* Historici, de laudibus Medicinae, et de praestantia Institutionum *Justiniani* Imperatoris, ad juvenes studiosos Academiae Cracoviensis dixit.

CLXIV.

CASPAR URSINUS VELIUS * Svidnicensis Silesius, Poëta et Orator, et Historicus: ingeniis Saeculi xvi fere exorientis cultissimis accensendus: adolescentulus ob indolem felicissimam, à *Joanne Turstone***, Pontifice Vratislaviensi totiusque Silesiae Praefecto Supremo, amatus est in modum filii: ab eoque in Academia Cracoviensi *** liberalissime nutritus ****.

- * Tali positione nominum, homo iste inclytus, in opusculis suis Viennae Austriae et Basileae editis cupiit vocitari. Qui, in Editionibus

Cracoviae adornatis, vel *Caspar Velius* solummodo, vel *Caspar Velius Ursinus* dictus est. Ejus vitae scriptorumque notitiam accuratam supeditarunt, *Martinus Hankius*, Vratislaviensis Gymnasii *Elisabethani* quondam Rector, in nitidissimi operis, *De Silesiis Indigenis Eruditis*, Capite LXXVI, p. 225—239: et *Adamus Franciscus Kollarus*, Romanae Imperatoriae Maiestatis Consiliarius atque Protobibliothecarius, in Praefatione elegantissima quam *Casparis Ursini Velii*, *De bello Pannonico* Libris X. è Viennensi Bibliotheca Palatina foras datis, praefixit.

** Polono indigena, Cracoviensis Consulis filio.

*** Quod *Hankium* atque *Kollarium*, litteratissimum utrumque, latuit.

**** Narrante *Georgio Wernero* Silesio, in Elegia illa, qua *Joannem Tursonem*, Urbis Vratislaviae Antistitem incomparabilem, morte sibi ereptum deflevit. *Ursinus* quidem ipse aetate adulta, *Ferdinando* Romanorum atque Hungarorum Bohemorumque Regi gratissimus exstitit. A quo, notandis rebus à se gestis, educandisque atque instituendis infantibus suis, in primis adhibitus fuit. Isque *Ursinus*, fato acerbissimo apud Urbem Viennam in Danubio fluvio oppressus, *Ferdinandi* Regis cura sepulturam honestam obtinuit.

Cujus admirabilem et prorsus singularem in Polonos benevolentiam in-

dulgentiamque, monumenta haec testantur:

- I.) CASPARIS VELII Silesitae, ad SIGISMUNDUM Regem Poloniae, Moschorum victorem, Poema heroicum. *Cracoviae* imprimebat *Florianus Ungler* in platea Vislensi. iv Id. Novemb. MCCCCCXIV. 4.

Varsaviae in *Zalusiana* Bibliotheca publica his reperitur. Id quidem ipsum esse opinor: quod à *Martino Hankio*, l. c. p. 236, et *Ursini* Poëmatum Editione Basileensi adducitur.

- II. De Trium Regum, *Vladislai* Hungariae, *Ludovici* Bohemiae, et SIGISMUNDI Poloniae, Conventu in Urbe Posoniensi, MDXV: ad Joannem Turzonem Episcopum Vratislaviensem, *Casparis Ursini Velii* Silesitani Epistola Compendiaria, heroicis versibus composita. Quam *Ricardus Bartholinus*, Patricius atque Canonicus Perusinus: *Ursini* Silesii adolescentis, apud *Matthaeum Langum* Cardinalem ac Praesulem Gurgensem, in Epistolarum Latinarum officio tunc collega et socius: *Hodoeporico* † *Matthaei* Cardinalis Gur-

censis, inseruit: *Joannesque Frobenius*, Typographus Basileensis eruditio-
dine arteque sua pulchre notus.
una cum *Ursini Poëmatibus* aliis
repetiit ††.

† *Viennae Austriae per Hieronymum Vietorem*
MDXV, forma 4 maiori, seorsim edito: inter
que *Marquardi Preheri et Burcardi Goltz-
thelfii Struvii*, *Rerum Germanicarum Scrip-
tores Toni Secundi*, p. 613—672 novis-
sime emissio.

†† MDXXII. 4.

III.) *Casparis Velli Ursini Silesii*
Legum Doctoris ac Poëtae à Caesare
Laureati, Epithalamion in Nuptiis
SIGISMUNDI JAGELLONII Regis Poloniae
Magnique Ducis Lituaniae, et Bononiae
Sfortiae Mediolani ac Bari Ducis
heroico carmine: ab auctoris Ma-
cenate, *Joanne Turzone*, Praeside
Vratislaviensi, qui Nuptiis Regiae
ipse interfuit, Regiae Utrique Ma-
iestati porrectum †*: Cracoviaeque
ab artis typographicae in Polonia
instauratore, *Joanne Hallero*, typis
seorsim exscriptum ††*: deinde Ba-
sileae, à *Joanne Frobenio* laudatis-
simo, inter *Ursini Poëmata* alia, recu-
sum †††***: tandemque à *Jano Gruter-*

Lit-

Litteratore celeberrimo, Delitiis Poëtarum Germanorum, Voluminis Sexti, p. 992 — 1002, immistum.

†* Hoc é praemisso Elegidio *Rudolphi Agricolae* iunioris, *Ursino* omnium deditissimi, cognoscitur.

††** Die xxiv mensis Aprilis, MDXVIII, 4. Editionis hujus exemplar integrum exstat Radomiae, Sandomiriensis Satrapiae civitate, in Bibliotheca Fratrum Ordinis Minorum, qui vulgo Bernardini nuncupantur: referente Comite *Zaluscio*, Kioviae Antistite, Radomiensisque Tribunalis Thesauri Regni tunc Praeside, in Catalogo librorum rarissimorum, alienis in Bibliothecis, à se ipso deprehensorum ac perlectorum, p. 43 sq.

†††** Commemorantè *Martino Hankio*, l. c.

IV.) *Casparis Ursini Velii Silesii*, Genethliacon *Joannis Dantisci*, *Sigismundi Poloniae Regis* in Curia Caesarea Legati, carmine elegiaco. Adiectum *Joannis Dantisci* Poëmatibus: quae *Joannes Gottlob Boehmius*, Poëta ipse atque Historicus aeo nostro nobilissimus, e *Zalusiana* Bibliotheca publica conjunctim in lucem protulit.

— *Ursini* ejusdem, ad *Joannem illum Dantiscum Legatum Regium*

Caesarem in Belgas secutum, Epistola versibus heroicis contexta. Idem *Dantisci Poematibus* annexa.

Carminis utriusque Editiones reliquae, a me, valetudine tam imbecillo, praetermittuntur.

Inspice etiam, quae in hoc Volumine, num: II, de *Rudolpho Agricola Juniore*, Cracoviensis Academiae Professore: *Ursini Silesii* quondam in Urbe Vienna maxime famulari: dicta sunt.

CLXV.

JOANNES URSINUS patria Leopoliensis Canonicus Ecclesiae Collegiatae Zamoscensis: idemque primum in Leopoliensi Gymasio docendae grammaticae Praefectus: et deinceps mathematicae ac physicae in Academia Zamoscensi Professor publicus: Saeculi superioris exordio maxime floruit. Cujus vitam, verbis exponemus: quibus *Grammaticae ipsius Methodicae* Editioni secundae, à *Cypriano Tradkowski* Zamoscensis Academiae Rhetore publico, adtexta est.

„ Joannes Ursinus Leopoli in Republica
„ sia, patre Valentino Ursino vi-

„ honesto et nobili natus, in prima
„ pueritia, utroque parente orba-
„ tus, cum illa Civitas immo totum
„ Poloniae post mortem *Sigismundi*
„ *Augusti* Regnum, gravissime pe-
„ stilentia vexaretur: datus est in
„ tutelam viro gravissimo et inte-
„ gerrimo *Jacobo Myszkowski*, in
„ cujus disciplina adeo severis mo-
„ ribus imbutus est, ut alumnus
„ tanti viri fuisse semper agnosce-
„ retur. Leopoli primum sub opti-
„ mis doctoribus *Paenatio Paedia-*
„ *no*, *Perlicio*, Graecis et Latinis
„ litteris instructus: plurimum *Si-*
„ *moni Simonidae* addictus fuit,
„ cujus auctoritate humaniores litte-
„ ras adeo excoluit, ut inter suos
„ coetaneos praecipuus esse cense-
„ retur. Cracoviam adultus petiit,
„ et in philosophicis atque mathe-
„ maticis disciplinis, *Valentino*
„ *Fontano* viro doctissimo usus est.
„ Mortem *Stanislai Slovaci* Medici
„ et Astrologi iniquissime tulit,
„ eum enim doctorem in disciplina
„ geometrica et astrologica habuit.
„ Vocatus in patriam ad juventutis
„ institutionem, vitae asperitate,
„ et exacta professione humaniorum
„ litterarum, tum quod severius
„ dissolutam juventutem castigaret,

„ Civibus quibusdam displicuit
 „ praesertim quia à Graecis litter
 „ abhorrerent. Habuit Collegam
 „ *damum Bursium* virum litterat
 „ simum, qui Scholae illius Rect
 „ erat: ambo simul gravissima
 „ sciiplina iuventutem ferocient
 „ cohibebant. Cum grammaticae
 „ cendae Praefectus esset, ips
 „ methodum felicissime conscrip
 „ Dialecticam etiam, mira facilit
 „ graece ex *Aristotele* collecta
 „ compendiose edidit: praeci
 „ tamen in geometria, arithmeti
 „ et ecclesiasticis ut vocant comp
 „ tis docendis, operam navavit.
 „ manae historiae, dum Episto
 „ M. T. *Ciceronis* tam ad Fami
 „ res, quam ad *Atticum* scrip
 „ explicaret, diligentissimus et
 „ rator fuit. Cum autem Cives
 „ poliensenses ipsi nimis infensi es
 „ Cracoviam una cum *Bursio*
 „ gravit. Sed brevi tempore ibi
 „ fessione astronomiae functus,
 „ moscium à *Joanne Zamoscio* Re
 „ Poloniae Cancellario et Exe
 „ tuum Generali Duce evocatus
 „ Erexerat autem ille tum re
 „ Academiam, quam voluit esse
 „ viris quam litteris bonis ins
 „ ctissimam: in qua cum *Ursh*

„ strenuum se in professione litterarum humaniorum et disciplinarum mathematicarum exhibuisset, à *Zamoscio* in Italiam missus est ut medicinam perdisceret. Videbat enim vir summus in *Ursino* et rerum multiplicem cognitionem, et raram eruditionem, vitae vero eam integritatem, ut tuto se ipsum et valetudinem suam ipsi concedere posset. In medicina perdiscenda usus est doctissimis praeceptoribus, *Hercule Saxonio*, et *Hieronimo Fabricio* ab Aquapendente, quem etiam chirurgiam profitentem attentissime audivit. Reversus post quinquennium *Pavio*, rursus professioni in *Academia Zamoscensi*, parti nimirum illi philosophiae quae de natura est mancipatus, docuit summa fide et diligentia, tam vivo, quam mortuo *Zamoscio*. Unde etiam, à Tutoribus Illustrissimi *Juvenis Thomae Zamoscii*, ad docendum ipsum litteras mathematicas adhibitus est. In docendo vero etiam vitam profudit. Nam et aetate, et laboribus fractus: sensibus integris, anno *Christi* MDCXIII, mense *Januario* *Zamoscii* mortuus est quinquagenario maior: ibidem-

„ que in Ecclesia D. *Thomae*,
 „ qua Canonicus erat et Sacerdos
 „ honorifice sepultus. „

Sunt Varsaviae in *Zalusciana* Bibliotheca publica: *Joannis Ursini Leopoliensis, Grammaticae Methodicae Libri Quatuor*. Primus de Orthographia secundus de Prosodia; tertius de Analogia, cum appendice; quartus de Syntaxi. Ab ipso auctore editi: *Leopoli, Officina Martini Garvolini, MDXCII*. Caspare *Trądkowski* correctiones et que locupletiores producti: *Zamosci* diligentia et impensa *Simonis Nisolski* Typographi Academici, *MDCXIX*. Ibidemque ab *Andrea Abrek*, eloquentiae Professore Ordinario, in lucem revocata excudente *Andrea Jastrębski*, Academiae Typographo, *MDCXL*. Forma 8. Editionibus illis adiectum est, *Simonis Simonidae* Leopoliensis Carmen Januarius cum, ad Auctorem Operis. Quod, Eminentissimo *Durino*, in *Simonidae* Operibus Varsaviae coniunctim publicatis, omissum fuit. Est etiam hujus *Grammaticae Methodicae* Editio *Zamosciensis*: in usum Nobilissimae Juventutis *Ponae* in Scholis Academicis: typis impensis Academiae, per *Matthiam Kowicz* impressa, *MDCXCVIII*, 8. In quibus *Ursini* vita, *Simonidae*que Carmen, desiderantur.

Adsunt praeterea: *Joannis Ursini Leopoliensis, de Ossibus Humanis Tractatus Tres*. Primus de Nomenclatura Ossium; secundus de Processibus et Appendicibus Ossium; tertius de Commis-
sione Ossium. *Zamoscii*. per *Martinum Lenscium*, Typographum Academicum, excusi. MDCX. 4. *Dialecticam Graece ex Aristotele per Joannem Ursinum Leopoliensem collectam*, Comes *Zaluscius*, Episcopus Kioviensis, frustra ubique quaesivit. *Ursini* istius Opera Mathematica, sua manu descripta, *Zamoscii* in Bibliotheca Academica delitescere: è Codicum MSSorum, alienis in Bibliothecis, à *Zaluscio* Antistite repertorum, ac perlectorum Indice Altero, p. 45, intelleximus.

CLXVI.

IOANNES URSUS Mariaeburgensis Prutenus, artium liberalium, Baccalaureus, Cracoviae artem eloquentiae cum maxima laude docuit. Stirpisque Senatoriae viros, discipulos atque convictores habuit: inque iis, *Ioannem* atque *Stanislaum Balinscios*, *Joannis* Gedanensis Castellani, Prutenicarumque omnium Terrarum Thesaurarii, filios. Qui *Sisimundum Augustum Jagellonium* per adolescentulum, Regem Poloniae inau-

guratum, totius Polonae Iuventutis studiosae nomine, publice salutarunt. Exiit eorum Oratio, additis aliis, occasione eadem recitatis, cum inscriptione huiusmodi:

Oratio dicta in laudem Sacratissimi Regis Poloniae, *Sigismundi* eius nominis Primi. Anno à redemptione orbe MDXXX. XIII. mensis Iunii.

Oratio in laudem Serenissimae *Beatae* Reginae Poloniae habita mensis Iunii.

Oratio Gratulatoria in Coronationem Serenissimi Principis, Iunioris Poloniae Regis, in Arce Cracoviana XXI. mensis Iunii habita.

Oratio Encomiastica ad Senatum Polonici Imperii habita XVII. Iunii.

Oratio dicta in Julii in laudem Gymnasii Cracoviensis, in Auditorio Collegii Maioris.

Oratio Panegyrica Reverendissimi in Christo Patribus et Dominis Dominis Episcopis, *Petro Tomacio* Cracoviensi, et *Andreae* Cracovio Flocensi, XVI mensis Iunii dicta.

Cracoviae *Mathias Scharffenberg* impressit. Kalendis Augusti. Anno Domini MDXXX. 4.

CLXVII.

MARTINUS URZENDOVIVS*, aevo flo-
rentiore, Cracoviensis Castellani, copia-
rumque Polonicarum Ducis supremi,
Joannis Tarnovii, Maecenatis illius ce-
lebratissimi, Medicus fuit. Ejusque filii,
Joannis Christophori, Castellani Voini-
censis, doctorum hominum amantissi-
mi, commendatione: aetate iam prove-
cta, Sandomiriensis Ecclesiae Collegia-
tae Canonicus factus est. *Urzendovio* ipso
morte iam sublato, ejus: *Herbarius* **
Polonicus, id est, De natura Plantarum,
Arborumque, ac rerum aliarum, Medi-
camentis inservientium, Libri duo, ser-
mone Polonico conscripti. *Cracoviae*, è
typographeo *Lazarino*, anno Domini MDVC
folii magnitudine, curante *Joanne Fir-
lewicz* ***, in lucem exierunt.

• Tulit hoc cognomen ab Urzendovia, Lubli-
nensis Satrapiae civitate, patria sua.

** Hujus Operis rarissimi: frustra que olim à
Zaluscio Praesule, Bibliothecae publicae
Conditore, quaesiti: exemplar integrum ac
nitidum, Varsaviae apud Regii Palatii Saxo-
nici Praefectum, *Joannem Heynium*, studiis
humanitatis atque artibus ingenuis omnibus
optime excultum, amicitiaeque et consuetu-
dine veteri nobis conjunctissimum, nunc in-
venitur.

*** Qui Epistola proluxa, ex Urbe Cracoviā,
die ix mensis Julii, anni MDXCV data *Gabrieli Woynae*, Magni Lituaniae Ducatus
Procancellario, bonis litteris hominibusque
litteratis plurimum dedito, *Urzendovii* Opus
dedicavit.

CLXVIII.

s. W. Hae litterae appositae sunt Car-
mini vernaculo, quod ita inscriptum †
prodiit: *Pieśń o małżeństwie Krolewny
Izabelli. Wybiyano w Krakowie przez
Ieronima Wietora. Lata Bożego 1539. 4.*

† Ab eo, quod *Stanislaus* Clericus *Sigismundi Senioris* Regis Poloniae prius fecit, plane
diversum.

NAKORS WARMISZ, Chronographus
Gentis Polonae, quasi omnium veterri-
mus, suspectus: vide *Varmisius*.

JOANNES WARTHA: vide *Varta*.

CLXIX.

a. BARTHOLOMAEUS NATHANAEL WĄSO-
WSKI *, Nobilis Polonus, Societatis
Jesu Bidgostiense, Jaroslaviense, et Po-
snaniense Collegium: totamque Provin-
ciam Polonicam: prudentissime rexit.

Gratiosusque apud *Ioannem* Tertium Poloniae Regem, et apud omnes Regni hujus Primores, exstitit. Posnaniae septuagenarius, iv Nonas Octobres anni MDCLXXXVII, decessit. *Caspar Niesiecius* **, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 471 sq, de *Wq̄sowscio* illo egit.

* Sic hoc nomen à Nostratibus scribitur: quod tamen *Wonsowski* ab ipsis pronuntiatur.

** Qui Operum, à *Wq̄sowscio* publicatorum, tempora non accurate notavit. Cujus errorem *Josephus Alexander* Princeps *Jablonovius*, Palatinus Novogrodensis, in Museo Polono, p. 268, more suo recoxit.

Zalusiana in Bibliotheca publica inveniuntur hujus *Wq̄sowszii*:

I.) *Callitectonicorum seu de Pulchro Architecturae Sacrae et Civilis Compendio Collectorum Liber Unicus*. Serenissimo Poloniarum Principi et Domino, Domino *Jacobo*, Invictissimi *Joannis* Tertii, Regis Orthodoxi Filio, Magnae Ordinum Omnium Spei, exhibitus. Inque gratiam et usum *Mathescos Auditorum Posnaniensis Collegii Societatis Jesu*: Superiorum facultate: *Posnaniae*, typis Collegii ejusdem, anno MDCLXXXVIII, folii magnitudine evulgatus.

II.) *Apparatus Sacerdotum*: ea complectens, quae ad notitiam Sacerdotii spectant: nec non ea, quae ad scientiam illi necessariam, pietatemque pertinent. In gratiam Auditorum Theologiae: qui ad Sacerdotium promoven-
 tur: è variis probatisque Auctoribus collectus, Superiorumque permis-
 su: *Posnaniae*, typis Regiis, in Collegio Societatis JESU, anno Domini MDCLXXXV, forma 8, in publicum editus.

III.) *Idae Pietatis Religiosae*: seu Modi, quibus formentur Actus Religiosae Pietatis, ad excitandam Mentis devotionem: et in quibus prius suggeritur Intellectui materia recogitanda, tum deinde Voluntatis affectus in praxi. *Posnaniae*, typis Collegii Societatis JESU, anno MDCLXXXVI, forma 12, in medium prolatae.

— Idem Opus patrio sermone: *Wąsowszcio* ipso interprete: anno MDCLXXXVII, typis iisdem, formaque simili, foras emissum.

b. *Andreas Wengierski* loquitur de se ipso, in Historia Ecclesiarum Slavonicarum. Legenda de eo, *Tempe Helvetica*.

CLXX.

a. JOANNES WILAMOWSKI, Nobilis è Ducatu Oswiecimensi, Primicerius Cracoviensis* atque Canonicus Plocensis**, propter singularem virtutem, civilemque et prudentiam, et scientiam, à Sigismundo Seniore Polonorum Rege Magni aestimabatur. Ab eoque, ad Paulum III Pontificem Maximum***, et ad Ferdinandum I Romanorum, Hungarorumque atque Bohemorum Regem****, Legatus mittebatur. Camenecensi deinde infula à Rege illo decoratus †: paterni ejus amoris interpres, Maiestatis suae filiam, Isabellam Hungarorum Reginam viduam adire debuit. Dum autem, ineunte mense Septembri anni MDXL, profectioni sese accingeret: mors ipsum, pari animi ac corporis robore vigentem, inopinato †† praeripuit. Legationis Romanae, Germanicaeque ab eo obitae, acta memorabilia, Stanislaus Gorscius, Cracoviensis atque Plocensis Canonicus, in *Actionum Regiarum Sigismundi Primi* Tomo XVIII, Exempl. Carnov: et Volumine XV. Exempl. Bibl. Acad. Crac. si recte meminerim †††, partitim dedit. Hungaricae autem Legationis ei deman-

datae argumenta, in *Actionum* earundem Tomo XIX autographo, olim Carnoviano, nunc Malachoviano, fol. 128b, — 129b, et fol. 132a: Volumineque XVI††, Exemplaris Bibliothecae Academicae Cracoviensis, p. recensuit. Idemque Gorscius, Elegias quasdam et Epistolas comitas, ad *Petrum Tomicium* Pontificem Cracoviensem Regnique Procancellarium, et *Andream Cricium* Antistitem Plocensem, à *Ioanne Vilamovio* Plocensi Canonico scriptas: *Cricianorum* Operum Anecdotorum Exemplaribus postremis †††*, adiecit.

* Hac dignitate producitur à *Stanislao Carnovio*, Episcopo Vladislaviensi, in *Sigismundi Actionum Regiarum Compendio* MSto sub anno MDXXIX.

** Honore illo praeditus, in Elegiarum atque Epistolarum suarum inscriptione, à Collega suo, *Gorscio* Canonico, ante annum MDXXXV dicitur.

*** De Concilio Universali contra grassantes haereses accelerando.

**** Non de tractando *Joannis I* Hungariae Regis negotio; ut *Martinus Bielscius*, Eques Polonus, in vernaculo Chronico Poloniae, Cracoviae edito, [p 580, Varsaviaeque recusso, p. 525, perperam retulit. Neque de Matrimonio, inter *Sigismundum Juniores* Poloniae Regem, et *Elisabetham Ferdinandi Romanorum* Regis filiam, contrahendo;

ut *Caspar Niesiecius*, Presbyter è Societate Jesu, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 531, ex eoque *Franciscus Rzepnicius*, Societatis ejusdem Sacerdos, in Vitis Praesulum Regni Poloniae, Tomo III, p. 170, falso narravit. Sed de commerciis Nationis Poloniae, cum Gente Silesiaca renovandis: sicut *Stanislaus Carncovijs* Episcopus l. c. accuratius nobis indicavit.

† Sub exitum anni MDXXXIX. Perhibentibus *Sigismundi* Regis ipsius Litteris, ad *Joannem Wilamowski* designatum Episcopum Camenecensem, die xx Octobris MDXXXIX, sine loci mentione datis: *Actionum Regiarum* Tomo XIX *Malachoviano*, fol. 10 b insertis.

†† Id quidem significantibus *Sigismundi* Regis Litteris, ad *Isabellam* Reginam, Vilnae die penultima Octobris MDXL scriptis: *Actionum Regiarum* Tomo eadem *Malachoviano*, fol. 158 b sq. inditis.

††† Volumina enim illa, Augustissimae Majestatis Regiae iussu, librariis ad transcribendum foras concessa, consuli nunc á me nequeunt.

††* Librariis etiam tradito.

†††* Quale, in *Dembowsciana* Bibliotheca, ab *Antonio Sebastiano Demhowski* Plocensi primum, et deinceps *Vladislaviensi* Praesule, filiis suis relicta, existit.

b. Legationem Turcicam memoratu dignam: qua *Jacobus* * *Wilamowski* Gubernator Boleslaviensis SIGISMUNDI Seni-

oris Regis jussu apud *Solimannum* Secundum** Caesarem, pro *Isabella* Hungarum Regina vidua, in Regio dominata confirmanda ac tuenda, mense Octobris anni MDXL functus est: lingua Polonica expressam*** *Stanislaus Gorscius*, in SIGILLI MUNDI *Actionum Regiarum* Tomo XII autographo; *Carnoviano* quondam, iam *Malachoviano*, fol. 161 a—167 b: Volumine neque XVI ad Bibliothecam Academicam Cracoviensem pertinente, p. col. locavit.

* Joannis Episcopi Camenecensis frater germanus.

** Qui *Isabellam* viduam regnare in Hungaria passus est: quinquaginta millibus nummorum aureorum è Regno illo quotannis sibi pendendis.

*** Subiuncta *Wilamovii* istius è Turcica Legatione reducis Epistola: ad *Joannem* Comitem de *Tarnow*, Castellatum Cracoviensem Militiaeque Polonicae Ducem supremum Cameneci Sabbatho post Festum S. Catharinae MDXL. Latine exarata.

Legationem alteram, nomine SIGILLI MUNDI Senioris Poloniae Regis, apud *Solimannum* Turcarum Caesarem post victoriam Budensem, pro Regiae Majestatis Suae Filia ac Nepote, mense Maii anni MDXLII, à *Jacobo Wilamovio* peractam:

actam: *Gorscius* in *SIGISMUNDI Actionum Regiarum* Volumine XVII, Exemplaris Academiae Cracoviensis, p. 187—190, 273—278, et 429—441, patrio sermone exhibuit.

Legationem Valachicam apud *Petrum* Palatinum, nomine *SIGISMUNDI* Senioris Poloniae Regis, anno MDXLVI, per *Jacobum Wilamovium* Secretarium Regium et Gubernatorem Boleslaviensem obitam, *Gorscius* in *SIGISMUNDI Actionum Regiarum* Volumine XVIII, Exem. Acad. Cracovien. p. 479—482, idiomate Polonico suppeditavit. Litterasque Polonicas, quibus *Petrus* Valachiae Palatinus, apud *Sigismundum* Regem Poloniae, de detento *Wilamovio* Regiae Majestatis Legato, sese excusat: eodem in Volumine, p. 483—485, posteritati tradidit.

CLXXI.

PAULUS WLADIMIRI * de Brudzewo **, Posnaniensis Satrapiae Nobilis: Cracoviensis autem Ecclesiae Cathedralis Custos et Canonicus: Cracoviensisque Academiae Rector fuit. Isque *Vladislai Jagellonis* Regis, atque Academiae Cracoviensis, ad Sacrum Concilium Constantiense Legatus, gloriam sibi peperit *** immortalem.

* Sic à *Joanne Dlugosso*, Cracoviensi ipso Canonico, Gentisque Polonae Chronographo, Saeculi illius florentissimo, in *Annalibus Regni Poloniae*, sub annis mccccxx, 411, et mccccxxi, p. 445: à *Simone quoque Starovolscio*, Cracoviensi itidem Canonico Cracoviensiumque Antistitum Biographo celebri, in *Vita Alberti Jastrzembieci*, ejusdem Episcopi p. 127, nominatur. *Puberulus* autem ab externis Scriptoribus vixitiose dicitur.

** Avito rure amplo atque amoeno, in *Posnaniensi* Satrapia sito: nunc ad *Mielzynski* nam Familiam pertinente.

*** Magnusque Legatus Polonus appellatus ab aevi ejus Historico anonymo, in *Commentario*: De rebus *Joannis Parvi* Theobaldi Parisiensis, et Ordinis Cruciferorum in *Prussia*, Constantiensi in Concilio tractatis. Quod veteri manu descriptum, Vindobonae Bibliotheca Caesarea possidet.

Exstat in *Hermanni* von der *Hardt* Helmstadiensis Academiae olim Professoris atque Bibliothecarii, *Magni Oecumenici Constantiensis Concilii*, Tomi Tertii Parte II, p. 9—27: *Pauli Voladimiri* de Cracovia, Decretorum Doctoris, Cracoviensis Canonici, Academiae Cracoviensis Rectoris, Regis Poloniae ad Constantiense Concilium Legati *Demonstratio* Cruciferis de Prussia seu *Ordini Teutonico* opposita; Infidelibus

armis et bello non esse ad Christianam
Fidem convertendos, nec eorum bona
invadenda aut illo nomine occupanda.
Constantiensis Concilii Patribus; in so-
lenni Congregatione; anno mccccxv, d.
vi Julii, publice exhibita: è vetusto Co-
dice MSto Vindobonensis Bibliothecae
Caesareae promulgata.

PAULI hujus Tractatus de Potestate
Papae et Imperatoris respectu infide-
lium: Constantiensi in Concilio; anno
mccccxv, d. v Julii, Germanicae Nationi
ab ipso auctore oblatus: temporumque
successione Vindobonae in bibliotheca
Caesarea reconditus; lucem communem
primum adspexit.

Servatur Varsaviae; *Zalusianos*
inter Codices calamo exaratos; proli-
sum atque elaboratissimum Scriptum et
Magistri Pauli Wladimiri decretorum do-
ctoris, custodis et canonici cracovien. re-
sidentis apud apostolicam sedem et legati:
impugnandum Privilegia Cruciferorum
eorum propriis fundamentis: in questio-
ne seu causa, que coram Sanctissimo do-
mine Nostro Martino papa quinto, super
nonnullis terris et dominiis in pomerania

prussia et samogicia, inter Christianissimum
et Serenissimum principem dominum Blaslauum
polonie regem ac supremum lituanie ducem ex una,
et Religiosos eosdem viros Cruciferos ordinis Sancte
domus teutonice de prussia appellatos alia
parte, audienda est et examinanda publici
juris nunquam factum.

† Polonicarum atque Lituanicarum, Prutenicarumque,
et Teutonicarum Rerum Miscellaneo Volumini
antiquo. fol. min, sub numero cccvii b, p. 158 — 320,
intextum.

†† Mense Novembri anni mccccxxi illuc
prout à *Dlugosso*, in Annalibus Regni Poloniae,
sub anno eodem, p. 445, posterius significatum est.

Adest etiam longa Epistola ††† contra
Cruciferos prutenos, ad reverendum in Christo
patrem dominum Sbigneum Dei gratia episcopum
cracovien: ecclesie per PAULUM WLADIMIRI decretorum
actorem et ecclesie ejusdem custodem que
canonicum, Padue mense Martii anni
mccccxxxii data.

††† Miscellaneo Volumini eidem, p. 558
570 immista.

Pauli Wladimiri doctoris decreto-
rum, custodis et canonici cracovien. hi-
storia belli Cruciferorum in Prussia con-
tra infideles, litteris Saeculi xv iam exe-
cutionis consignatam †* Marieburgi Prus-
siae quondam Sarmaticae civitate, pe-
nes *Blivernitium* Consulem fuisse: libra-
riae ejus supellectilis indice ††** aliquan-
do nos certiores fecit Comes *Zaluscius*,
Antistes Kioviensis. Qui operis ejusdem
Codicem †††*** multo recensio-
rem *Engelke*, Urbis
Poloniae Secretarium, *Zalusciae* Domui
maxime deditum, oculis suis vidit ††††
et legit.

†* Folii magnitudine.

††** Quem Comes *Bieliński*, Magnus Regni
Poloniae Mareshalcus, cum *Zaluscio* Prae-
sule communicaverat.

†††*** Cujus initium: Sevientibus olim etc.

†††† Testante Codicum MSSorum, alienis in
Bibliothecis, ab Episcopo ipso inventorum,
Indice Priore, p. 137 a: Alteroque, p. 34b,
et 47 b.

Magistrum Paulum Wladimiri de
Prudzewo, genere nobilem de stemma-
te *Dolenga* ††: Decretorum Doctorem,
Custodem et Canonicum Cracoviensem
apud Urbem Cracoviam, in lateritia
aede Canonicali, ingenti sumtu suo

dem Exemplaris, sub ipsum finem, reperitur longa Oratio in funere SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae et Magni Ducis Lituaniae, scripta à *Martino Wolski* Equite Polono, mense Julio anni MDXLVIII. Voluminis illius principio, legitur Gratulatio Caesari *Carolo Quinto*, de devicta et domita Germania, nomine SIGISMUNDI Primi Regis Poloniae dicta à *Stanislao Wolski*, Custode Cracoviensi et Secretario Regio, MDXLVII.

* De quo, in JANOCIANORUM Volumine II, num. CLVIII, p. 297, mentio est facta.

BARTHOLOMAEUS NATHANAEL WONSOWSKI: vide *Wqsowski*.

CLXXIV.

ANTONII WRANTII* Praepositi Transylvaniensis, Epistola ad SIGISMUNDUM Seniore Regem Poloniae, die iv Januarii MDXLII, sine loci indicio data: inest SIGISMUNDI *Actionum Regiarum* Volumini Decimoseptimo, Exemplaris Academiae Cracoviensis, p. 132 sq.

Legationesque, nomine *Isabellae Jagelloniae* Hungarorum Reginae viduae,

apud *Ferdinandum* Romanorum et Hungarorum Bohemorumque Regem mense Aprili, et apud *Sigismundum* Regem Poloniae Magnumque Ducem Lituaniae mense Julio anni MDXLIII, per *Antonium Wrantium* Praepositum Transylvaniensem obitae: exstant eodem in Volumine, p. 585—593.

Legatio ea, quae apud *Franciscum* Regem Gallorum, nomine *Sigismundi* Poloniae Regis, pro Majestatis Suae Filia, *Isabella* Hungariae Regina vidua, ab *Antonio Wrantio* Praeposito Transylvaniensi, sub finem anni MDXLVI est perfecta: in *Sigismundi Actionum Regiarum* Volumine Decimooctavo, ad Cracoviensis Academiae Bibliothecam pertinente, p. 601—604, invenitur.

* Cujus in *Janocianorum* Volumine I, num. cxiv, p. 304 sq. et II, num. clx, p. 298 meminimus.

CLXXV.

JACOBUS ZADZIK, Regni primum Cancellariae Maioris Praeses, et Varsaviensis Insignis Ecclesiae Collegiatae Custos: Magnus deinde Poloniae Secretarius, Cathedralisque Praepositus Cracoviensis, et Decanus Posnaniensis: Culmensis

postea Praesul, binisque annis Regni Procancellarius, sexennio autem subsequenti Cancellarius Supremus: tandem Pontifex Cracoviensis atque Dux Severariae: anno Christi MDCXLII, aetatis suae LX, ex hac vita abiit. Exstat Varsaviae, inter *Zalusianos* Codices MSStos, folii magnitudine, sub numero CCLVIII, spississimum volumen Litterarum publicarum, ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino *Jacobo Zadzik*, Episcopo Culmensi Regnique Poloniae Cancellario, annis MDCXXVII — MDCXXXV expeditarum: quibus monumenta alia vetustiora sunt praemissa. Volumen aliud Cracoviae in Bibliotheca Academica invenitur. *Simon Starovolski*, Canonicus Cracoviensis, *Magni Antistitis, Jacobi Zadzicii*, vitam peculiari opusculo expositam, Cracoviae, in Officina Typographica *Francisci Caesarii*, anno Domini MDCXLIV, forma 4 publicavit. Quam, in *Vitis Antistitum Cracoviensium*: quae Cracoviae apud Viduam et Heredes *Francisci Caesarii*, anno Domini MDCLV, folii magnitudine lucem adspexerunt: p. 296—304 brevius repetiit. *Franciscus Rzepnicki*, Societatis Jesu Presbyter in *Vitis Praesulum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lituaniae*, Tomo I, p. 359—362, de *Zadzicio* nostro egit.

ZADZICIUS ille, ut Praesul eruditissimus, inque homines eruditos maxime liberalis et munificus: carminibus, à *Matthia Casimiro Sarbievio* vate principe, *Andreac Kanone* atque *Eliseo Mlodinio*, et poëtis aliis, illa tempestate nobilissimis, certatim laudatus fuit.

CLXXVI.

JOSEPHUS ANDREAS Comes de ZAŁUSKIE ZAŁUSKI, Episcopus Kioviensis atque Czerniechoviensis, Heroicique Ordinis Aquilae Albae Eques: Varsaviensis Bibliothecae publicae Conditor, Polonicaeque litteraturae aevo superiore neglectae Instaurator: superatis tot ac tantis casibus rerumque discriminibus, Varsaviae vii Idus Jannarias, anno Salutis humanae MDCCCLXXIV, ad finem mortalitatis accessit; cum aetatis annum secundum atque septuagesimum ageret.

Relicta ab ipso, *Bibliotheca* * *Polonica Universalis*: cui conficiendae annos quadraginta impendit. Tomis sex, forma 4 maxima, distinguitur. Tomo primo atque secundo exhibentur Auctores Poloni ac Lituani, Roxolanique indigenae: qui Latine, Graece, Hebraice, Polonice, Gallice, Italice, et quocunque alio sermone scripserunt. Tertio continentur

Scriptores externi: quorum Opera in linguam Polonicam conversa sunt. Tomo quarto et quinto Scriptores illi externi producuntur: qui res Polonicas, aut Latina, aut Gallica, aut Italica, aut Germanica, aut quacunque alia lingua exposuerunt. Sexto denique Scriptores natione Prussi, Silesii, Pomerani, Livones atque Curones, Regis et Reipublicae Poloniae potestati ac tutelae subiecti, sistuntur. Quorum omnium, et singulorum Opera, eo ordine, quo in lucem exierunt, accurate enumerantur. Vitae acta nimium parce attinguntur. Honores tamen, quibus Auctor: de quo sermo est: fuerit praeditus, haud infrequenter indicantur. Mortis tempus nonnunquam exprimitur.

* Integra, ab ipso Antistite perscripta: litteris quidem nitidis, sed adeo minutis, ut non nisi oculo acri atque erudito, dignosci possint.

Speciminis ergo dabimus ea, quae Tomo primo, p. 659 sq, de Principibus *Lubomiriis*, ad hunc modum dicta sunt:

- a. LUBOMIRSKI Antonius Benedictus: Georgii Palatini Cracoviensis filius: Gladifer Regni Poloniae et Praefectus Casimiriensis, Ordinumque S.

Andreae et Aquilae Albae Eques, aetate nostra eloquentiae vernaculae laude claruit. Ejus Orationes Comitiales, in Joannis Ostrowscii Daneykowicii Suadae Polonae Tomo I, p. 187—189, et p. 409—414, prodierunt. Videatur Janocii Polonia Litterata, p. 45, ejusdemque Lexicon Polonorum Eruditorum, Vol. I, p. 98 sq.

b. LUBOMIRSKI Georgius Sebastianus: filius Stanislai Palatini Cracoviensis: Regni Poloniae Mareschalcus Supremus et Exercituum Dux Campestris, idemque Cracoviensis, Chmielnicensis, Braclaviensis, Nizinensis, Casimiriensis, Olsztynensis, Dobczy-censis et Scepusiensis Praefectus: Ressoviensis Collegii Scholarum Piarum Fundator: morte repentina sublatuſ est anno MDCLXVII. Edita ipsius Scripta, corvis albis rariora á Noſtratibus reputantur. Sunt ſubſequentia :

I.) Processus Iudiciarius, in causa Illustris et Magnifici Georgii Comitis in Wisnicz et Jaroslaw *Lubomirski*, tunc Supremi Mareschalci et Campiductoris Regni, Generalis Cracoviensis, Scepusiensis, Casimiriensis, Pereaslavi-

ensis, Chmielnicensis, Olsztynensis, Niziniensis, etc: Capitanei: ex instantia Instigatoris Regni, et delatione Generosi Hieronymi de magna Skrzywno Dunin, ad Comitata Regni anni 1664, instituta et ibidem iudicata ac decisa. Varsaviae, apud Viduam et Haeredes Petri Elert S. R. M. Typographi. fol.

II.) Equitis Poloni, avitae libertatis ac publicae tranquillitatis amantissimi, Discursus: exhibens innocentiam Illustrissimi Domini D. Georgii Sebastiani Comitis in Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski, Mareschalci Regni et Campi Ducis, Generalis Minoris Poloniae Cracovien: Chmielnicen: Nizinen: Pereaslavien: Olsztynen: Carimirien: etc. Capitanei: additis binis recte sentientium Senatorum, ad suos Confidentes Amicos scriptis Epistolis, Patriae oblatas. Anno 1665. fol.

III.) Publicae Innocentiae Manifestum, Deo, Mundo, Patriae, per Illustrissimum Dominum, D. Georgium Sebastianum Comitem in Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski, Supremum Regni Mareschalcum et Campi Ducem, Generalem Minoris Poloniae Cracovien: Chmielnicen: Nizinen: Olsztynen:

Pereaslavien: Casimirien: etc. Capitaneum, Bono publico porrectum, anno Reparatae Salutis MDCLXVI. fol.

Idem Scriptum idiomate Polonico Jawney Niewinności Manifest, Bogu, Swiatu, Oyczyźnie ect. forma eadem.

V.) Tubus Opticus, ad perspicendam innocentiam Illustrissimi Domini D. Georgii Sebastiani Comitis in Wisnicz et Jaroslaw Lubomirski, Supremi Regni Mareschalci et Campi Ducis, Generalis Minoris Poloniae Cracoviensis: Chmielnicen: Nizinen: Pereaslavien: Olsztynen: Casimirien: etc. Capitanei: Decreto ruptorum Comitiorum anni 1664 iniquissime aggravati: per Equitem Polonum, ad evitanda ejusmodi scandala, Orbi porrectus. Anno Domini 1666, mense Februario. fol.

Scriptum illud Polonice: Perspectiva na objaśnienie niewinności etc. forma eadem.

V.) Responsio ad evidentia figmenta, quae sub titulo: Informationis de Mediis tentatae Complanationis, cum Illustrissimo Domino Georgio Sebastiano Comite in Wisnicz et Jaroslaw Lubomir-

ski, Supremo Regni Mareschalco et
Campi Duce, Generali Minoris Polo-
niae Cracovien: Nizinen: Chmielnicen:
Pereaslavien: Olsztynen: Casimirien:
etc. Capitaneo: ex assueta fabulis ad
mendaciis cudendis prodière officina.
Bono publico per Equitem Polonum
producta. Anno Domini 1666, mense
Februario, fol.

VI.) Cuncta ea Scripta insimul recusata
titulo ejusmodi ††: Acta Publica Polo-
nico-Lubomirscica. Quae, ad sedan-
dos illos, ex Processu Judiciario in
causa Illustrissimi Domini Georgii Se-
bastiani Lubomirski, Regni Poloniae
Mareschalci et Campestris Exercituum
Ducis, ad instantiam Instigatoris Re-
gni, in Comitibus Regni Varsaviensibus
anno 1664 instituta et ibidem judicata
exortos Motus periculosissimos inter
Regem ipsum Regnique Polonici Pro-
ceres: antè et post tam Terrestria
quàm Generalia, superioribus Februa-
rio et Martio hujus ipsius anni 1666
adhuc currentis mensibus, indicta ea-
que tumultuariè soluta Comitibus: Scri-
ptis et Typis divulgata prodierunt.
Francofurti ad Moenum 1666, 4.

† Interpositis monumentis aliis, huc spectan-
tibus.

†† Taliquē inscriptione, Diarii Europaei Continuati, Voluminis xiii Appendici inserta.

De Scriptis hisce Lubomirscianis, consulantur Lengnichii Bibliotheca Polona, Tom. I, p. 370—382, et Braumii Catalogus Criticus Scriptorum Polonorum, p: 93—96.

Notandae praeterea sunt; Georgii Lubomiri, Supremi Regni Poloniae Mareschalci, et Exercituum Ducis Campestris; Orationes duae; ad Ioannem Casimirum Polonorum Regem; habitae. Quas Joannes Christianus Lünig, in Collectionis suae Partem Secundam, p. 89—91, et p. 220—222; intulit.

Lubomiri istius monumenta aliqua nondum edita, Varsaviae in Regio Museo secretiore nunc reperiri; ex ipso ejus Praeside doctissimo; eruditisque viris amicissimo, Andrea Ignatio Gawronski, Cracoviensi Canonico Cathedrali; didicimus.

Lubomirski Stanislaus Heraclius: Georgii Sebastiani Mareschalci et Campiductoris filius: Supremus itidem Mareschalcus Regni Poloniae; et Praefectus Scepusiensis, Salomon Sarma-

ticus dictus, mortem obiit die xv mensis Januarii, mdccii. Qui à Celsissimo patruo nostro, Andrea Chrysostomo Episcopo Varmiensi, in Epistolarum Historico—Familiarium Tomo III, p. 169 sq, meritam laudem tulit. Opuscula, quibus ipse civibus litteratis maxime sese commendavit, sunt illa.

Latino quidem sermone;

I.) Stanislai Lubomiri, tunc Mareschalci Nuntiorum Equestris Ordinis, ad Michaelèm Poloniarum Regem Oratio: qua, Comitiorum consultationes, auspiciatissimo velut prologio, exorsus est, die 1x Septembr. mdclxxii.

Cui Joannes Christianus Lünig, inter Orationes Procerum Europae, Parte II, p. 376—382, locum dedit.

II.) Stanislai Lubomiri, Supremi Regni Poloniae Mareschalci, Oratio: quam ad Hieronymum Augustinum fratrem germanum suum, cum ipsi Joannis Tertii Regis jussu scipionem Curiae traderet, habuit anno mdclxxxii.

A Lünigio, Orationum memoratarum Parti II, p. 475—477, inserta.

III.) Adverbia Moralia, sive de Virtute et Fortuna Libellus: à Stanislao Lubomirio invene, anno MDCLXVI conscriptus: ab eoque, sub nomine anagrammatico Tassalini Mirobuli, Varsaviae typis Caroli Ferdinandi Schreiberi, anno MDCLXXXVIII, forma 8 emissus: annoque MDCXCI repetitus.

Idem Libellus, inter Repertorum Opuscula Latina, Sacra et Moralia, de huo exiit. Posteaque Varsaviae, typis Collegii Scholarum Piarum, MDCCXVI seorsim exscriptus: ac de muni, MDCCXVIII, sine loci et typographi indicio, iterum evulgatus est.

IV.) De Vanitate Consiliorum Liber Unus. In quod Vanitas et Veritas rerum Humanarum, Politicis et Moralibus Rationibus clare demonstratur, et Dialogice exhibetur: Autore S. L. Varsaviae, typis Collegii Scholarum Piarum, MDCC, forma 12 editus: Lipsiaeque deinde, in officinis diversis, forma 4, et 8, et 12, saepius recusus: ac denique Joannis Ostrowscii Daneykowicii, Siadae Polonae, Tomi Secundi Partii Tertiae, p. 257—279, immistus.

Quem, severissime ab Augusto Secundo Poloniae Rege prohibitum, ideo-

que in paucissimorum manibus existentem, falso opinatus est Joannes Vogt, in Catalogo Historico — Critico Librorum Rariorum, p. 418.

— Libri istius gemina Interpretatio Polonica: una Alberti Maczynskii Thorunii MDCCV, cum privilegio Augusti Secundi Regis: altera Jacobi Casimiri Rubinkowskii, Posnaniensis MDCCXXXIX, cum privilegio Regis Augusti Tertii: utraque forma 8, lucipublicae exposita.

— Versio Theutonica anonyma, Lipsiae MDCCXLV, forma 8, in medium allata.

V.) Stanislai Lubomiri S. R. I. Principis, Supremi Regni Poloniae Marchionis, Repertorium Opuscula Latina, Sacra et Moralia. Varsaviae, Typis Collegii Scholarum Piarum, anno Domini MDCCI, 12.

Coniunctim in hoc volumine in publicum prodierunt:

1.) De Remediis Animi Humani: in quibus ea, quae immortalem ac aeternum hominem reddunt, clare ac evidenter demonstrantur: Liber unus.

- 2.) Theomusa, sive Doctrina Fidei Christianae: olim Polonica, nunc Latino carmine exposita.
- 3.) Adverbia Moralia, sive de Virtute et fortuna Libellus. Tertio nunc promulgatus.

Legantur, de Opusculis illis, Acta Eruditorum, mense Februario anni MDCCIII, Lipsiae publicata, p. 80—82.

- VI.) Stanislai Lubomiri, S. R. I. Principis, Supremi Regni Poloniae Mareschalci, De Remediis Animi Humani Liber Unus. Cracoviae apud Franciscum Cesary, anno Domini MDCCXVII, forma 16, seorsim in lucem reductus.

Lingua autem Polonica:

- VII.) Classicum nieśmiertelnéy chwały etc. i e. Classicum immortalis gloriae, sive Poëma in laudem Ducum Exercitus Polonici, Militumque Polonorum, praelio Chotimensi d. XI Novembris MDCLXXIII Turcas debellantium. Cracoviae, è typographia Schedliana, MDCLXXIV. 4.

Dedicatum Joanni Sobiescio, Regni tum Mareschalco et Exercituum Duci Supremo, qui brevi post Rex electus fuit.

VIII.) *Musa Polska* etc. Poëma, in Joannis Tertii Regis Inaugurationem. Varsaviae, typis Caroli Ferdinandi Schreiberi, MDCLXXVI. Fol.

IX.) *Theomusa carmine vernaculo exhibita*. Varsaviae, in Officina Caroli Ferdinandi Schreiberi, MDCLXXXII, 8. Ibidemque, in typographia Scholarum Piarum, MDCXCVII, 4.

Latino carmine in Repertorum Opusculis Sacris et Moralibus, producta. Deinde carmine Latino atque Polonico, in lucem revocata Varsaviae, typis Collegii Scholarum Piarum, MDCCIII, forma 8.

X.) *Tobiasz wyzwolony* etc. Poëma de Tobia Juniori liberato. Varsaviae, ex Officina Caroli Ferdinandi Schreiberi MDCLXXXII et MDCXCI: eque typographia Scholarum Piarum MDCLXXXIII et MDCCVI forma 12 seorsim editum. Thorunii demum, una cum Ecclesiaste, in Officina nobis ignota, MDCCXXXI, forma 8 recusum.

XI.) *Pastor Fidus*, è Joannis Baptistae Gvarini carmine Tusco, in Polonicum conversus. Thorunii apud Joannem Christianum Laurer, MDCXCV, forma 12 et MDCCXXII forma 8 prodiit.

Teresiae Cunegundae, Poloniarum Regis, Joannis Tertii filiae, dicatus.

XII.) Ecclesiastes, qui ab Hebraeis Coheleth nominatur, carmine Polonico expressus. Varsaviae, typis Collegii Scholarum Piarum, MDCCII et MDCCVI, forma 12 publicatus: Thorunique, à typographo nobis haud cognito, MDCCXXXI, forma 8 repetitus.

XIII.) JEZUS w mece. Epigrammata de Nativitate, et de Passione Domini. Cracoviae apud Christophorum Domański, MDCCIII, 12: et Thorunii apud Joannem Christianum Laurer, MDCCV, 8.

XIV.) Rozmowy Artaxessa i Ewandra etc. h. e. Colloquia Politica et Moralia Artaxis et Evandri. Prosa oratione. Czenstochoviae, è typographia Claromontani Monasterii Ord. S. PAULI Primi Eremitae, MDCCV, MDCCVIII et MDCCXVIII. Forma 8.

Quae, post hujus Lubomiri fata: sub ejus nomine: a Josepho Jaklinski, Antonio Chrysanto Łapczyński, Michaelis Slizen, atque aliis, in conspectum omnium sunt prolata, hic de industria praetermittimus. Indicanda autem putamus: Stanislai Lubomiri, Supremi Regni Poloniae Mareschalci, Opuscula † Sacra et Moralia, Politica-

que, Polonice versa. Varsaviae, typis Collegii Societatis JESU, anno MDCLXXI. excusa. 8.

† Nempe Remedia Animi Humani, et Adverbia Moralia, interpretibus anonymis: Vanitasque atque Veritas Consiliorum, interprete Rubinkowscio. His praemissa est, Vita Stanislai Lubomiri, Regni Poloniae Mareschaci Supremi et Praefecti Scepusiensis: auctore Francisco Bohomolecio Soc. Jesu Theologo.

Non sileri à *Zaluscio*, Praesule illo litteratissimo ac laboriosissimo, debebant. Stanislai Heraclii Sacri Romani Imperii Principis Lubomirski, Supremi Regni Poloniae Mareschalci Epistolae ††, sub Joanne Tertio Rege, ad Regiam Maiestatem, atque Externos Principes, Regnique Poloniae Proceres, partim Latino, partim Polonico sermone scriptae: *Zaluscianos* inter Codices MSStos, folii magnitudine, sub numero cccxxxvi repositae.

†† Adiectaeque Principis ejusdem Lubomiri schedae aliae anecdotae, historiam aevi sui illustrantes. Principis hujusce Stanislai Heraclii Lubomiri Opus singulare, De Antiquis Dialectis Linguae Polonicae, calamo exaratum: Podolonecii, Scepusiensis Praefecturae oppido, in Bibliotheca Lubomiriani Collegii Scholarum Piarum asservari: Princeps *Josephus Alexander Jablonovius*, in Museo

Polono, p. 141, nobis significavit. A quo, Lubomiriorum Opera edita, suo more commiscetur.

- d. LUBOMIRSKI Theodorus: filius laudati Stanislai Heraclii: Cracoviensis Palatinus, et Scepusiensis Praefectus, Ordinumque Velleris Aurei et Aquilae Albae Eques, vitam finivit die vi mensis Februarii. MDCCXLV. Hujus Orationes Comitiales, patrio idiomate a Joanne Ostrowscio Daneykowicio, in Suadae Polonae Tomo I, p. 26 sq, 99—102, et 386—389, sunt publicatae. Latine prius versae, Cassoviae in Hungaria, anno MDCCXXXI, fol. min. seorsim exierunt. Videatur Janocii Polonia Litterata, p. 112.

Eminent his temporibus, in Republica Polona, Lubomiri fratres germani: Antonius Castellanus Cracoviensis, ac Stanislaus Regni hujus Supremus Mareschalcus: Princeps uterque editis vernaculae eloquentiae monumentis inclitissimus.

Zalusci Antistitis Kioviensis, *Henri* ac Mecenatis Nostri Optimi, reliqua Opera MSSta *, in tanta animi corporisque infirmitate, attingi à nobis non possunt.

- * Quibus recognoscendis et supplendis, vehementi rogatu ac suasu nostro, nunc totum sese dedit Varsaviensium Patriciorum aetate illa eruditissimus, *Josephus Epiphanius Minasowicz*, Kioviensis Ecclesiae Cathedralis Canonicus: *Zaluscii* quondam Episcopi maxime familiaris, ejusque et scripturae, et mentis apprime gnarus.

CLXXVII.

ADAMUS ZALUZIANSKY à *Zaluzian*, Saeculi xvi exeuntis Medicus doctissimus, Auctoribus Polonis haud iuste adscribitur, in Tentamine Historiae Litterariae Polonae *Duboisiano*, anni huius MDCCCLXXXVIII exordio, Gallica lingua in medium prolato *, p. 389. Natione enim ille Bohemus ** fuit. Cujus *Methodi Herbariae Libri Tres*, Praegae, in Officina *Georgii Dacziceni*, anno Domini MDXCII, forma 4 excusi: rarissime *** nunc obvii: in Actorum Litterariorum Bohemiae et Moraviae, ab *Adauto Voigt*, aliisque Bohemis nostra aetate eruditissimis publicatorum, Voluminis Primi, Parte II, p. 79—91, et Parte V, p. 360—374: Voluminisque Secundi, Parte III, p. 204—207, fuse et accurate **** recensentur.

- * Berolini apud G.J. *Decker* Typographum Regium, forma 8.

** Cognosci id potuit, è *Georgii Matthiae Königii Bibliotheca Veteri et Nova*, p. 879, *Martini Lipenii Bibliotheca Reali Medica*, p. 29: *Christiani Wilhelmi Kestneri Medicinischen Gelehrten Lexico*, p. 929, *Joannisque Burchardi Menckenii atque Christiani Gottlieb Joecheri Allgemeinen Gelehrten-Lexici Tomo IV*, p. 2140, et *Zedleriani Grossen Universal-Lexici Volumine IX*, p. 1464: clariusque et certius perspicui, ex *Actorum Litterariorum Bohemiae et Moraviae, Voluminis Primi, Parte I*, p. 64, et p. 70.

*** Neque Editio Norimbergensis *Endteriana*, anni haud comperti: neque *Francfurtensis Paltheniana*, anni MDCIV, facilius invenitur.

**** *Zaluzianscii illius Scripta Medica*, à *Georgio Abrahamo Merklino*, in *Lindenio Renovato*, p. 9 sq indicantur.

ZALUZIANSKY iste ipse, à *Paulo de Gisbice Pragensi*, Latinis carminibus noto, eo in Opere †, cui titulus: *Pericula Poetica*, p. 101, inter Poëtas, quos Bohemia protulit, excellentiores numeratus, peculiarique Epigrammate celebratus fuit. Utrum *Zaluziansky* Poëmata sua foras emiseric, neutiquam constat.

† Wittebergae, per *Zachariam Lehmannum*, anno Dominico MDCII, forma 12, typis expresso.

CLXXVIII.

JOANNES ZAMBOCKI, Eques Masovius;
SIGISMUNDI I. Regis Poloniae Aulicus
 veterrimus atque intimus: scribendis
 Epistolis, obeundisque Legationibus se-
 cretissimis, à Rege illo inprimis adhibi-
 tus fuit. Civiumque suorum favore po-
 lentissimus: post Masoviae Ducum ultir-
 morum, *Stanislai* atque *Janussii*, Ado-
 lescentium interitum: *Sigismundo* Regi
 multum serviit, in perficienda atque
 exequenda Masoviorum ad Polonos Ac-
 cessione. De qua, Commentarium pecu-
 liarem, sua manu, folii magnitudine
 compositum, reliquit. Qui, in Biblio-
 theca * *Stanislai Lubiensii* Episcopi
 Plocensis, exstitit.

* Ejus Catalogo MSto, sub num: XLII, indi-
 cante.

ZAMBOCIUS hicce, à *Petro Tomicio*
 **, Premisliensi primum et deinceps Po-
 snaniensi, tandemque Cracoviensi Por-
 tifice et Regni Poloniae Cancellario, di-
 ligebatur familiarissime. *Actionibus* Re-
 giis **SIGISMUNDI** Primi complures immi-
 stae sunt Epistolae: ab ipso **SIGISMUNDO**
 Rege, atque à *Tomicio* Cancellario, ad
Zambocium: ab eoque, ad Regem, et
 ad Cancellarium, invicem exaratae. An-

his ac laboribus fessus, *Zambocius* extremos dies suos in rure paterno trans-
egit. Ejus obitum *Andreas Cricius* Plo-
censis iam Episcopus, *Tomicio* Praesuli
et Cancellario, non sine dolore signifi-
cavit, in Epistola***, die x mensis Apri-
lis, anni MDXXIX, ex arce Pultoviensi
data.

** Cum *Tomicio*, Cracoviensi adhuc Archi-
diacono, Regisque ad Principes externos
Oratore, *Zambocius* iam intimè vixit: te-
stantibus ejus ad *Tomicium* Epistolis Craco-
viae anno MDX scriptis. Quas *Gorscius*, *Si-
gismundi* Regis Epistolis secretioribus in-
terseruit.

*** *Actionum Regiarum Sigismundi Frimi*,
Tomo XI, Exempl. *Zalusc.* fol: 75 b. sq: Vo-
lumini VII, Exempl. Bibl. Acad. Cracovien:
p. 740 sq, inserta.

CLXXIX.

JOANNES ZAMOISKI *, ex Órdine Prae-
dicatorum Provinciae Polonae, Baco-
viensis in Valachia Praesul: linguae Vala-
chorum admodum studiosus et peritus:
Grammaticam Valachicam, in usum Sa-
cerdotum externorum, Religionem Ca-
tholicam apud Valachiae Populos pro-
fitentium, á Valacho quodam erudito
conficiendam curavit. Ipse vero, Reli-

gionis Catholicae Institutionem propriam, sermone Valachico composuit: quae, Saeculi superioris exitu, à Valachis Orthodoxis adhuc legebatur; commemorante *Joanne Damasceno Lubieniecio*, Bacoviensi ipso Antistite, in Relatione vera et accurata, de Episcopatu Bàcoviensi, MSta fol. xb, sq.

- * *Thomae Zamoiscii*, Magni Poloniae Cancellarii, cognatus et aequalis: distinguendus à *Joanne Zamoiscio* generis alterius, Leopoliensi eadem fere tempestate Archiepiscopo. Noster ille *Joannes*, è Bacoviensi Episcopatu, ad Premisliensem traductus est. Luceoriae denique Pontifex renunciatus, antequam posset Cathedram novam conscendere, in caelum migravit ipsis Kalendis Januariis anni MDCLV: De eo *Paulus Comes Potocius* in Centuria Clarissimorum Virorum Polonorum Saeculi xvii, p. m. 397 — 399: *Simon Starovolscius*, in Monumentis Sarmatarum, p. 639 sq. item *Simon Okolscius*, in Orbis Poloni Tomo I; p. 347: *Caspar Niesiecius*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 673: *Stanislaus Dunczewscius*, in Analectorum, de Familiis Gentis Poloniae, sermone Polonico editorum, Tomo I, p. 246. *Franciscusque Rzepnicius*, in Vitis Praesulum Regni Poloniae, Tomo II, p. 385 egerunt.

CLXXX.

DERSLAUS ZBOROWSKI, Cracoviensis
Archidiaconus Cathedralis: vide *Derslaus*.

BENEDICTUS ZELECHOWSKI, Canonicus Zamoscensis et Praepositus Lucoviensis, idemque juris civilis in Academia Zamoscensi Professor ordinarius: *Digestum Juris Saxonici Provincialis*, Partibus Sex comprehensum, et novis Expositionibus, atque cum Jure Communi Conciliationibus claris, ad omnium, praesertim qui Forum agunt, usum communem illustratum. Cum Indice duplici, Titulorum, et rerum ac Verborum locupletissimo. *Zamosci*, è Typographia Academiae, anno Domini MDCXLIII, forma 4, exire in vulgus jussit. Est opus bonum, inque rarissimis non immerito habendum.

CLXXXI.

CHRISTOPHORUS ZENOWICZ *, è Lituanorum familia illustri, Brestensis primum in Lituania et deinde Novogrodenensis Castellanus: postea vero Brestensis Palatinus: praetereaue Ciecierscensis ac Propoyscensis Praefectus: sub *Sigismundo Tertio* Rege adeo floruit ju-

slitiae et innocentiae laude, ut *Aristides Lituanicus* sit appellatus. Ab eodem
 Rege adhibitus est ad omnia nego-
 tia publica. Itaque ejus nomen, in Con-
 stitutionibus Regni illius temporis, fre-
 quenter occurrit. *Zaluscianae Bibliothecae* Miscellaneo Volumini MSTto ccxxx.
 p. 561 sq. inest Epistola lamentabilis, De
Radivilorum cum *Chodkieviciis* simul-
 tate, à *Christophoro Zenovicio* Palati-
 no Brestensi, ad *Nicolaum Christophorum Radivilum* ** Niesvisiensem atque
 Olicensem Ducem, Trocensemque
 Palatinum; idiomate patrio exarata
Glembociae d. xviii Decembris MDC. Sa-
piehana in Bibliotheca; Epistolarum
 à *Zenovicio* illo ad *Sapiehas*, *Radiv-*
losque atque *Chodkievicios*; lingua ver-
 nacula datarum; volumen saperest in-
 tegrum: significantibus *Eberti* Biblio-
 thecarii Litteris; Vilnae d. xii Julii
 MDCCLIX Theotisco sermone ad nos scrip-
 ptis. Vivere desiit circa annum MDCV.
Bartholomaeus Paprocius; in Opere
 vernaculo; De Insignibus Nobilitatis Po-
 lonae, p. 675: *Simon Okolscius*, in Or-
 bis Poloni Tomo III, p. 339: et *Caspar*
Niesiecus, in vernaculi Operis Genea-
 logici Tomo I, p. 183, 234, et 240, Tomo-
 que IV, p. 744 sq: *Albertus Wiiuk* au-
 tem *Koialowicius*, in Nomenclatore Fa-
 mi-

miliarum Lituanicarum MSto, p. m. 272, de *Christophoro isto Zenovicio*, Bre-stensi Palatino, loquuntur.

* Sic à *Koialovicio* accurate vocatus: *Zienie-wicz* a *Paprocio*, *Zieniowicz* ab *Okolscio*, *Zienowicz* autem à *Niesiecio* vitiose dictus.

** Tabulae Geographicae Magni Ducatus Litua-niae, et Peregrinationis Hierosolymitanae, Auctorem inclytissimum.

*** Verbis iis loco suo subscriptis: Waszey X. Mści życzliwy Przyjaciel i Sługa Krzysztophi Zenowicz Woiewoda Brzeski.

CLXXXII.

NICOLAUS ZUKOWSKI, Masovita no-bilissimus, Varsaviensisque Ecclesiae Col-legiatae Praepositus, apud ultimos Maso-viae Duces, *Stanislaum* atque *Janussi-um*, Cancellarii munere fungebatur. Lit-terae publicae ab ipso, sub Ducibus iis, an-nis MDXVII—MDXXVI expeditae, Varsaviae regnante *Joanne Casimiro*, in Regni Ta-bulario Maiore, adhuc servabantur: *Ste-phano Casimiro Hunkievicio*, in Syno-psi Librorum Metri-ae Regni, per Sue-cos tunc hostes receptorum, perque eos-dem vigore Pacis Olivensis restituto-rum, p. 14, et 15, annotante. A *Zuko-wscio* illo, Decretum *Janussianum* con-

tra Luterianos, conscriptum fuit: de quo, in Memoria *Raphaelis Leszczyński*, Episcopi Plocensis, diximus.

Petri Tomicii, Episcopi Cracoviensis, Regnique Poloniae Procancellarii, Epistola ad *Nicolaum Zukowscium*, Praepositum Varsaviensem, et Cancellarium Ducatus Masoviae, post *Stanislai* Masoviae Ducis fatum lugubre scripta †: in SIGISMUNDI Primi Jagelloni Actionum Regiarum Volumine quinto, ad Cracoviensem Bibliothecam Academicam pertinente, p. 277, reperitur.

† Cui, loci ac temporis nota, non est adiecta.

CLXXXIII.

a. ADAMUS ZYDOWSKI*, Eques è Polonia Minore, Lublini in supremo Nobilitatis Judicio causarum Procurator, apud Judices delegatos, linguae facundia ac juris forensis peritia maxime valuit. Ubi mortalis conditionis memor, in Templo Coenobii Dominicani, mense Augusto anni MDCXL sepulchrum sibi fieri curavit: tandemque mense Martio anni MDCLIII de vita decessit **. In Coenobio ipso florentissimo Zydownscius noster theologiae ac philosophiae Professores

introduxit ***, censu iis secundum leges patrias assignato.

* A Principe *Jablonovio*, Palatino Novogrodenſi, in Museo Polono, p. 298, confunditur cum *Andrea Zydowscio*, quem infra inducemus.

** Posteritati id proditum est à *Simone Starovolſcio*, *Zydowscii* aequali, in Monumentis Sarmatarum, p. 725 sq.

*** Hujus rei *Simon Okolſcius*, in Orbis Poloni Tomo I, p. 163: et *Caspar Niesiecius*, in vernaculi Operis Genealogici Tomo IV, p. 765, meminerunt.

Exstant in *Zalusiana Bibliotheca*: *Potioritas, et Nonnullae Dispunctiones Juris, Adami Zydowski, Varsaviae*, in Officina *Joannis Rossowski, S. R. M. Typographi*, anno Domini 1631 publicatae. Ibidemque, apud *Joannem Trełpiński, S. R. M. Typograph.* anno Domini 1640, repetitae. *Cracoviae* autem, ex Officina *Schedeliana S. R. M. Typ. impensis Georgii Schedel*, anno Domini 1677, iterum in lucem eductae. Forma 4.

Sunt etiam in Bibliotheca illa: *Controversiae casuum selectorum Juris Polonici, Adami Zydowscii manu propria, foliis integris perscriptae ****. Quibus anni signum nullum est additum.*

**** Inter Volumina nostratia MSSta, sub numero excvi. b. repositae: typis nunquam mandatae. Operis ejusdem exemplaria apographa Comes *Zaluscius*, Kioviensis Antistes, aliquando vidit Cracoviae apud *Andream Potocium*, Cathedralem ibi Canonicum: Varsaviaeque apud *Adamum Kempscium*, supremi Poloniae Mareschalci, Comitis *Bylinsca* Secretarium et amicum intimum; testante ejus Bibliothecae Polonae Tomo I. p. 1492, ipsiusque Catalogi Codicum MSStorum Bibliothecae Publicae Tomo II. p. 877.

b. ANDREAS ZYDOWSKI †, Cracoviensis primum Dapifer, deinceps autem Vexillifer, Castrique Cracoviensis Judex fuit. Qui aetate iam inclinante: honoribus illis ac fortunis omnibus contemptis: in Eremum Camaldulensem †† vacuus secessit †††. Opellam ipse Polonicam, De Juvenum Libertate Noxia, sine Typographi, et loci, et anni mentione, forma 4, foras dedit.

† Commemoratus à *Niesiecio*, l. c.

†† Non procul ab Urbe Cracovia, in monte amoenissimo, quem Argenteum vocant, sitam.

††† Saeculi nostri exordio.

c. MATTHIAS ZYDOWSKI †*, ex Equestri Ordine Poloniae Maioris, *Libelli Pseudo-Evangelici*, contra *Minisiro-*

mächiam. R. D. Stanislai Rescii, à quodam *Guilielmo Philalete Oxoniensi* scripti, brevi ac solida *Refutatione*, *Posnae* absque indicio Typographi †**, anno MDXCIII, forma 4, in publicum edita, litteratis civibus innotuit.

† Nominatus à Principe *Jablonovio*, *Niesiecioque*, l. c.

†** *Joannis Wolrabi*, sicut è characteribus nitidiusculis conjici potest.

CLXXXIV.

MATTHIAS ERNESTUS BORETIUS, cujus mentionem in hoc Volumine num: XI. b. fecimus, *Loecenae Prussorum* natus fuit xv Kalendas Junii MDXCIV. *Lugduni Batavorum* medendi artem didicit. Quam ipse *Regiomonti Prussorum* publice est professus; ubi simul *Physici Ordinarii* partes egit. *Aulae Consiliarii* ac *Medici* titulis à *Friderico Guilelmo Rege* decoratus, mortem obiit iv Nonas Octobris MDCCXXXVIII. Haec *Regiomontanus Theologus*; ac *Litterator*, *Daniel Henricus Arnoldus*, in *Historia Academiae Regiomontanae*, sermone Theotisco emissa, Parte II, p. 317, et 334 sq, aliquanto fusiùs exposuit. Isque *Boretii* opuscula minora diligenter enumeravit: grandi ejus opere, *De Plantis in Prussia nascentibus*, haud nominato.

Harum Memoriarum auctor, *Joannes Daniel Andreas Janozki* Polonus indigena: Kioviensis Ecclesiae Cathedralis, et Scarbimiriensis Collegiatae Canonicus, Babimostensisque Praepositus Antiquus, olim *Zalusci* Fratrum Illustrium, nunc Augustissimae Majestatis Regiae et Reipublicae Polonae Protobibliothecarius, Officii publici annum agens xxxviii, caecitatis vii, aetatis autem lxi Amanuensis ejus atque amicus fidissimus, *Michaël Antonius Strachle* Varmiensis, officii sui annum xxviii, aetatisque lvi inchoavit: mense Septembri, anni à reparata humana Salute MDCCLXXXII.

FINIS VOLUMINIS III.



